

de lib. arbit. cap. 3. Si cui etiam non contingat facultas concubendi cum conjugate aliena, plarum tamen aliquo modo fit id eum cupere. & si potestas detur, futurum esse, non minus qd reus, quam si in ipso facto deprehenderetur.

3. Ratione duplici. Prima, quia actus externus nullam habet imputabilitatem ad meritum & demeritum sibi propriam & distinctam ab imputabilitate actus interni: nam non habet libertatem nec rationem voluntarii distinctam a libertate actus interni a quo imperatur, cum a potentia necessaria immediate procedat, & non fit liber, nisi quia imperatur ab actu interno.

Secunda ratio. Quia cum actus internus efficax est, si actus externus non ponitur, ideo non ponitur, quia deest potestas illum ponendi: ac proinde quod tunc non ponatur actus externus, est omnino involuntarium, non auget imputabilitatem sive ad laudem & premium, sive ad vituperium & penam, ut docet S. Th. 2. 2. qu. 20. art. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.

Obj. 1. Qui martyrium subit, plus apud Deum meretur, quam is, qui solum subire vult martyrrium, quantum in se est.

Resp. Sicut. Si nam in mente & perseveranter velit quam si re ipsa subiret.

Inst. Qui martyrrium re ipsa subit, plus gratie sanctificantis, ideoque plus gloriae consequitur, quam qui solum vult efficaciter illud subire, nec tamen subit. Ergo plus meretur.

Resp. Nego consequi. Quia excessum gratiae & gloriae Martyri consequitur tantum ex opere operato martyrii: vel saltem ex speciali privilegio actui externo martyrii concessio. Unde revera actus externus martyrii plus prodest quam sola illius voluntas efficax: sed hoc fit per accidens, seu ex privilegio, non ex natura rei.

Obj. 2. Actus internus & actus externus mali diversis praeceptis prohibentur, nempe externus prohibetur textu, non machaberis, & internus nono non concupisces.

Resp. Illa praecepta non sunt stricta ac proprie diversa. Nam idem ex eodem motivo vetant, cum hoc solo discrimine, quod textum vetet explicitam actum externum, & implicite Internum: nonum vero vetet explicitam actum internum, & implicite externum.

Obj. 3. Si actus internus per se non auget meritum actus interni, non est obligatio continentiam actum externum. Falsum consequi, ergo.

Resp. (1) Neg. seq. maj. Tum quia actus externus facit cum actu interno unum actum morale completum, & unum peccatum totale. Tum quia sine confessione actus externi non satis declaratur actus interni efficacia, intentio, extensio & duratio, ac proinde tota eius gravitas non satis innotescit. Praeterea actus externus est obnoxius scandalo, censuris, irregularitati, restitutioni, & variis obligationibus, quibus immunis est actus mere internus. Unde sine actus externi declaratione Confessarii non satis cognoscitur status penitentis, eius obligationes, & qualitatem satisfactionum praescribendarum: proindeque non possit, ut par est, officio suo fungi.

Obj. 4. Assertio nostra tollit studium ac curam honorum operum exteriorum, & merum ac fugam malorum operum exteriorum.

Resp. Neg. Quia si non exercentur bona opera exteriora, cum facilius adhibeatur, tunc actus internus non est efficax, sed est mera voluntas, quae suae non habet meritum, quod habet voluntas efficax. Praeterea bonum opus externum plerumque auget per accidens meritum, & saepe praecipitur a Deo, ut elemosinae largitio. Opus vero externum malum prohibetur a Deo, & plerumque auget per accidens malitiam actus interni.

His adde quod actus externus plura asserti commoda, si bonus est: nam adificationem parit, quandoque gratiam confert, ut sacramento & martyrium. Si vero malus est, plura asserti incommoda: nam parit scandalum, infamiam, restituendi obligationem &c. subjicite poenis ac censuris.

Dico 2. Actus externus saepe auget per accidens seu occasionaliter bonitatem vel malitiam actus interni, a quo imperatur.

Prob. Quia saepe fit occasio, cur augetur bonitas vel malitia actus interni, vel diutius duret, aut multiplicetur actus internus. Nam actus internus in executione intenditur propter arduitatem aut delectationem ortam ex actu externo, vel diutius continuatur propter longiorem temporis moram necessariam ad opus externum perficiendum, vel ob utramque causam saepe iteratur. (1)

(1) Quidquid sentitur in ea Scholastica controversia, sentitur rursus Theologi omnes, in Sacramentali iudicio agendum esse externum actum, quoties operis sui peccatis vel quatuor assensivimus censurae N. 389.

(2) Tractatus de humanis actibus perfectis absolvitur, ubi postquam declarata fuerunt omnia, quae ad moralia ipsorum honestatem pertinent, singula praeterea dicitur recensentur, quibus oportet eos praedictos esse, ut media evadant proportionata promerenda supernaturali beatitudini, summo Dei be-

nificatio nobis proposita insit ultimi finis. Sicut enim, D. August. monente (tract. 46. in Joan.) ad hoc debet unicuique prodesse bene vivere, ut detur illi semper vivere, ita quaedam facta opus fit, ut & bene, & semper vivere possimus, exploratum nobis esse maxime docet. Porro, ex duobus illis secundum nos praesertim N. 394. & 395. usque ad finem. Dissertationi, quod quidem Auctor hoc loco idcirco omittit, quia in Tractatu Dogmatico de Justificatione id jam excoctus est.



TRACTATUS DE CONSCIENTIA.



Non conscientia est iudicium, discernens quid in particulari sit licitum vel illicitum: agendum ut honestum, vel omittendum ut inhonestum. Sive est actus, quo intellectus iudicat aliquid hic & nunc licitum esse vel illicitum; faciendum vel omittendum ut bonum. Quare dicitur iudicium praeiudicium, ut distingatur a iudicio, cui intellectus iudicat aliquid in genere, seu abstractendo a circumstantiis particularibus, effectum vel illicitum v. gr. contractum usurarium esse illicitum; nam conscientia vertitur circa actionem

in individuo, hoc est, cum omnibus suis circumstantiis consideratam. Hinc conscientia differt a synderesi, ut actus ab habitu (2). Nam synderesis est habitus, seu cognitio habitualis principiorum moralium, quales sunt: Bonum faciendum; Peccatum fugiendum; Deus colendus, & amandus; Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris; Suum cuique reddendum, &c. Conscientia autem est iudicium applicans principium morale alicui actioni particulari, v. gr. Non debet huius homini inferre hoc damnium, &c. Conscientia dividitur (3) in veram seu rectam & erroneam; certam & incertam; probabilem & impro-

(1) Finge hominem apprime doctum, simulque perturbato aliquo mentis actum in transversum, qui serio censat necessarium suum eversionem ad extinguendum noxiam libidinis ignem (ut fertur de Origene Adamantino) vel interversionem ad sese examinandum coram Deo (ut nuper de Iusto quodam accepimus, qui venarum incisione cum in finem se confecti, sicuti restitit ab ipso sibi debita indicabat); subinde tamen neutrum reverentis obsequio ditionem, seu alias ob causas. Jam si veritatem, aut vitam servando ager contra conscientiam, hoc est, contra iudicium paulo ante adu formatum; non autem contra synderesim, quoniam iuxta S. Aug. (lib. 7. de Lib. Arb. cap. 16.) in naturali iudicatorio regulas retinet & veras, & incommutabiles: sive habitu calles, ut ait Angelicus (1. part. qu. 79. art. 12. & 2. 2. qu. 94. art. 1.) principia operabilium, seu praeterea legis naturalis,

circa quae non contingit errare. Synderesis igitur & conscientia valde differunt inter se. Hinc verissime scriptum ab Henrico Gardano. 1. (Quodl. 1. q. 18.) videmus saepe habentes majorem operandi notitiam, minorem habere operandi conscientiam, quia nempe ex eodem Angelico (Quodl. 17. de Conscientia art. 1. ad 1.) conscientia addit supra scientiam applicacionem scientiae ad actum particularem, & in ipsa applicatione potest esse error, quavis in scientia error non sit. Hoc palam certere est in Legis doctore, qui abominatur idolam, & sacrilegium facit, quem admodum Apostolus (ad Rom. cap. 2.) arguit. (2) Quotquot apud Morales nominantur Conscientiae speciei, perspicuitatis gratia respiciuntur quodupliciter diversae divisione. Prima respicitur tempus a quo procedunt, aut subsequuntur actiones: adeoque completitur conscientiam Antecedentem, quae dicitur quid sit agendum, priusquam actio produca-

probabilem; scrupulosam & latam; perplexam & dubiam; quamvis haec non fit proprie conscientia.

CAPUT PRIMUM.

De conscientia vera seu recta, erronea, & perplexa.

Nota. Conscientia vera seu recta, est ea, quae dicitur aliquid in particulari esse licitum vel illicitum, bonum aut malum, quod re vera tale est in se. Erronea vero falsa est, quae dicitur esse licitum & nunc licitum vel illicitum, bonum vel malum, quod re ipsa tale non est. Haec duplex est, alia erronea vincibiliter, seu ex errore, qui depelli potuit, aut non debuit.

Quaest. I. An tenemus sequi conscientiam veram

Consequentem, quae dicitur quid iam estimus, solumque pro qualitate aut bene, aut male facturum vocari nunc remorsus conscientiae, nunc testimonium bonae conscientiae. Utramque accurate describit Angelicus (q. 17. de conscientia art. 1. in c. prope fin.) prior tamen sola est, quae ad praesentem scopum facit. Secunda obligationem legit, dirigentis actiones instar normae: sub quo respectu conscientia vel est Praecipiens seu Prohibens, hoc est, dicitur aliquid ex precepto faciendum, seu omittendum, vel Consultans, hoc est, dicitur quidpiam agendum dumtaxat ex consilio vel Permittens, hoc est, dicitur aliquid nec preceptum esse, nec prohibendum, sed mere permissum. Duae priorae imperantur maxime considerantur. Tertia obiectum adnotat: iuxta quoniam conscientia displicetur in Rectam, quae dicitur aliquid, prout veritas est, bonum, vel inobonum esse. Erroneam, quae dicitur aliquid esse bonum, aut inobonum, secus ac reapse fit. Quarta dispositionem agentis: ad haec referuntur sequentes conscientiae species a Scriptoribus designatae, nempe Certa, Opiniativa, seu Probabilis, Dubia, Suspiciosa, Perplexa, & Scrupulosa.

(1) Conscientia, quam in divinis libris mox assignatis diximus erroneam, eadem est ac falsa. Sed non a contrario conscientia vera semper censenda eadem ac recta erronea opposita. Siquidem ut vocetur proprie recta, non satis est, si dicitur faciendum, aut omittendum, quod est reapse bonum, aut inobonum: sed requiritur praeterea, ut hoc dictamen eliciatur iuxta prudentiae regulas. Sic ex ca. conscientia Praetoris neci adjudicantis hominem valde nefarium, ac necdum, uti hujus, vel confesum, vel convictum, est quidem vera obiectiva, sed non formaliter seu subjective, adeoque non recta: quia nimirum formata praeter juris ordinem involvitur servandum in ususmodi negotio. Hinc nec frustra, nec inutiliter disquiritur, utrum qui in moralibus Probabilissimum seu fidam Censuram, scilicet, possit sibi blandiri de recta conscientia, quando etiam ei obtingeret, ut veram haberet.

(2) Nil equidem ad praxim moralem refert, quavis nomenclatione donetur conscientia: vnde tamen praestat scire, quoniam modo conscientia concurrat ad actionem humanam seu moralem. Nam ut

ac rectam (1), dicitur aliquid preceptum vel vetitum esse.

Resp. Affirm. Quia dicitur esse faciendum, vel omittendum id quod Lex aeterna praescribit faciendum vel omittendum esse hic & nunc, seu in talibus circumstantiis. Quare qui contra conscientiam rectam agit, peccat: quia agit contra Legem divinam inimitam per dictamen rectae rationis.

Porro an conscientia recta, ac vera dici debeat proxima regula aeternam humanorum, aut dumtaxat intimatio talis regulae, quae fit tantum lex, seu preceptum, non refert ad praxim. (2)

Quaest. II. An & quale peccatum est agere contra conscientiam erroneam?

Resp. 1. Actio vel omisso contra conscientiam si ve vincibiliter, si ve invincibiliter erroneam, distantem eam esse illicitam, est semper peccatum (3), quamvis ex se sit licita. Ita omnes. Constat t. ex Rom.

series integra ipsius Tractatus monstrat, esse hujusmodi praenotione pendens argumenta fere omnia, quibus firmari solent communes thesi de conscientia recta, erronea, aut cuiusvis alterius speciei. Ut paucis hoc aperiamus cum Scraph. Dicitur (in 1. sent. dist. 39. art. 1. q. 1.) conscientia est sicut praeco Dei, & nuntius, & quod dicit non mandat esse, sed mandat quasi ex Deo, sicut praeco, cum divulgat edictum Regis; & hinc est, quod conscientia habet virtutem ligandi. Quare, ut hinc etiam ad ipsa nomina transiamus, praese loquendo, sola Dei lex aeterna, si ve voluntas, si ve norma morum, & regula honestatis. Sed hoc non impedit, quominus iuxta communem loquentium consuetudinem, & quae circa peculiarem causam nam ita facile recedendum, donec regula nomine ipsa quoque conscientia hominis, quatenus nempe homini proponit, & applicat supremam normam morum ipsius aeternam. Unde invaluit vulgaris divotio duplicis regulae, quarum una dicitur remota & principalis, & quae in Deo; altera proxima & instrumentalis, & quae in homine: propriis vocabulis illa vocatur Lex, de qua in 1. sent. Tract. ista Conscientia, de qua in praesenti. Satis iam clarissimè, quod N. 285, dicitur de lege aeterna, & conscientiam loquentem.

(3) Ut qui agendo contra conscientiam erroneam dicatur peccare, prout fere ibi ipsa communis, multa debent concurrere, quae & Confessio praecellens habeant, deprehendunt Penitentem aliquos praesertim meticulousi saepe ab ejusmodi peccato immunes esse, secus ac ipsi videantur. Requiritur 1. ut in agente sit vere conscientia, non mera anxietas, seu palpatus, suspitio: hoc est ut determinate iudicet apud semetipsum, ex ca. pinculum esse accedere ad Euchariistiam non repetita Confessione conscientia enim ex dictis est iudicium intellectus, quo quis habituale suam scientiam practicae applicat ad aliquem actum sic & nunc procedendum. 2. ut conscientia non sit dumtaxat consequens, sed antecedens actum, de qua in nota 1. hujus Tract. Nam ex Angelico (Lect. 2. in cap. 1. ad Rom.) Si aliquis post factum habet conscientiam erroneam, per quam credat id, quod est licitum, a se factum, fuisse peccatum, vel quod est veniale, fuisse mortale, non propter hoc efficiatur quod est prius, vel peccatum, vel mortale: quia voluntas, & actio non in-

Rom. 14. Qui autem discernit (scilicet inter cibos, falso putans aliquos pro aliis adhuc esse a Deo vetitos) manducaverit, damnatus est, quia non est ex fide. Omnis autem, quod non est fide, peccatum est, id est, (interpretatur Patres & Conc. Gener. Later. IV. patetque ex contextu) omnis actio vel omisso, quae non est ex dictamine conscientiae, seu ex perfusione quod sit licita, peccatum est. Ex omni actio, vel omisso, quae est contra conscientiam, si ve rectam, si ve erroneam, non est ex perfusione quod sit licita. Ergo peccatum est.

2. Ex c. 13. de Restit. spoliar. Quiaquid sit contra conscientiam, adificat ad gehennam.

3. Quia agens contra conscientiam erroneam vult peccatum, cum velit actionem vel omissionem, quam iudicat esse peccatum. Nam esto, tale obiectum non sit re ipsa illicitum, sed licitum: at voluntas illud amplectendo consentit in obiectum sibi propositum ut malum, ideoque in obiectum malum; obiectum enim voluntatis est bonum vel malum; non quomodocumque, sed prout ab intellectu proponitur. Item si re ipsa, quantum in se est, scilicet malum, sciendo id quod putat esse malum. Praeterea qui facit aliquid de se bonum, putans esse malum, in assimilatione prudenti cecidit perinde velut malitiam, ac si actio illa et let re ipsa de se mala; cum non alibi abstinere, quamvis et proponatur ut mala. Ergo peccat.

Hinc qui agit contra conscientiam, peccat contra legem divinam naturalem, vetantem omnem

formantur ex apprehensione sequenti, sed ex precedenti. 2. ut conscientia, etiam antecedenti altum, sit praecipiens, aut prohibens, non tantum consentiens. Etenim sicut peccatum non est agere contra conscientiam, scilicet contemptu; ita nec peccatum est agere contra conscientiam pure consentientem. 3. ut actio vel omisso contra conscientiam erroneam, sit libera; cum ex Pastoris (n. 149. 388.) nequeat esse peccatum, quod non sit libera voluntate: unde ex ca. carceri mancipatus nullatenus peccat non audiendo Missam diebus festis, quiaquid sibi falso persuadent. 5. demum ut actio, vel omisso contingat eo tempore, quo nondum depositus sit conscientia error: nam intellectum ab ignorantia expurgato, sicuti tenemus errorem iam cognitum deservere, ita & agere contra pristinam erroneam conscientiam. Hinc commendandus Apostolus, qui factus Paulus palam annuntiabat Christum, ad cultus Ecclesiam persuegendam, antea Saulus cum esset, arbitrabatur se religionis lege teneri.

(4) Thesis ab Androo baderius stabilita debet intelligi adfinita de rebis cuiusvis generis: hoc est, si sit bonum, aut indifferens id, quod erronea conscientia dicitur omittendum tanquam malum, si ve sit malum, quod eadem dicitur faciendum, si ve bonum. Unde ex ca. Patresfamilias persequitur peccat peccato, de quo nunc loquimur, si ve non abstinendo a ludo prosum innoxio, aut a necessario iuramento, si ve non occidendo uxorem in adulterio deprehensam: quoniam ipse erronea conscientia credit omittenda duo priora ex mala veritate, & faciendum posterius tanquam bonum sibi divinitus praescriptum: & quamdiu talis conscientiae error infidet eius menti. Persequens firmatque Associe Theol. Moral. Tom. I. P. II.

consentium & affectum ad id quod putatur malum aut error. (1)

Resp. 1. Peccatum, quod contra conscientiam erroneam agendo admittitur, habet am speciem & gravitatem, quam quis ex errore iudicat inesse actioni vel omissioni suae. Est communis sententia (2). Quia si vult obiectum: in quo talem scilicet autem interpretative, talem speciem & gravitatem malitiae sibi ab intellectu propositum; habetque adfectum ad peccatum talis speciei & gravitatis; cum voluntas feratur in malum prout concipitur. Brevis: is vult peccatum committere quale esse conscientia dicitur.

Hinc peccat mortaliter contra temperantiam, qui falso putans tali die esse jejuniatum, non jeiunat: contra iustitiam, qui non restituit id quod falso putat non esse suum; contra caritatem, qui falso iudicans se debere mentiri ad servandam vitam proximi, non mentitur. Supple semper, nisi deponat praudenter hanc conscientiam erroneam.

Nota. Licet is qui contra conscientiam erroneam agit, perinde peccet, ac alter qui contra rectam, non incurrit tamen eandem penas humanas, ac censuras; quia haec non imponitur nisi transgressori legis verae, non autem putativae. Hinc non incurrit excommunicationem, qui facit actum, quem falso putat esse prohibendum sub tali censura; nec qui percutit laicum, putans esse clericum.

Resp. 3. Qui facit quod falso putat esse illicitum,

bis generalis doctrinae demonstrationes afferunt & Bonerus (lva. sent. dist. 39. art. 1. q. 3.) Henr. Azor. davenis (Quod. 1. q. 18.) & T. H. (Lect. 2. in cap. 14. ad Roman. Sc. 17. de Conscientia art. 4.) Sicut quos autem obtendi possunt difficultates praesertim contra ligamen, ut dicitur, conscientia erronea, dicitur esse necessaria ad salutem, quae sunt per se inbonesta: ea facile evanescunt, si duo perceptas, quae ad hanc ipsam rem voluntatis Dactis, Cornelius Messius (Com. in c. 14. ad Roman.) Primum, quod conscientia errans, licet divina legi contraria dicitur, illa tamen contraria legi Dei dicit esse divina lege praecipita. Secundum, quod si licet qui conscientiam errantem habet, credit illam rectam esse, alter enim non erraret, & illa illi inhaeret, non quatenus erronea, sed quatenus recta: per se conscientiam sequens, & per accidens conscientiae errorem, quae videlicet contingit conscientiam, quam putat rectam esse, errore teneri. Ex his duobus videlicet asserimus, quod qui contra conscientiam errantem agit, quousque illa manet, peccat: quoniam, quantum in se est, habet voluntatem Legem Dei transgrediendi, quam servandam esse conscientia dicitur, quae ab illo recta, & non errans existimatur. Huiusmodi quoque deinceps occurrunt, quoniam incidentium resolutio radices argit in eo Angelici textu, qui est instar canonis in Morali Facultate recepti (Lect. 2. in c. 14. ad Roman.) Actus iudicatur secundum voluntatem agentium, voluntas autem movetur a re apprehensa, unde in id voluntas tendit, quod ei vis apprehensa representat: & secundum hoc qualitatur vel specificatur actio.

tum, non distinguens an veniale, an mortale sit, peccat mortaliter: tum quia vult obiectum illud, etiam si esse mortaliter malum, & sic vult saltem interpretative peccatum mortale committere: tum quia se exponit morali periculo peccandi graviter, speiata sua mente. Ita *Azor, Vasquez, Sanchez*, (1) &c. Quod si apprehendat (2) peccatum in genere tantum & non in illa specie, peccat contra caritatem Dei, & propriam, vetantem quodlibet peccatum, utpote offensam Dei, & malum peccabiliter.

Quaest. III. An liceat agere secundum conscientiam erroneam.

Resp. 1. Si sit invincibiliter erronea, non solum licet huic obsequi, quia ignorantia invincibilis excusat a peccato, cum tollat omne voluntarium circa malum: fed etiam tenemur eam sequi in his, quae dicunt esse precepta, vel prohibita. Quia aliquando, cum ipsa deponi nequeat, ageremus contra illam; non tamen non licet, uti dixi.

Non quod est proprie regula morum, nec proprie obligat; cum non sit legis verae intimatio. Sed tenemur sequi talem conscientiam, quia non possumus aliter peccatum vitare: cum deponi nequeat, & non liceat contra illam agere.

Dicitur. (3) Hinc sequitur quod aliquis possit necessario peccare, v. g. in hoc casu: Mulier gerens curam infirmi de seipso, putat ex errore invincibiliter se peccare, si omittit sacrum, & si deserat infirmum, nec potest tunc errorem suum deponere: unde utrumvis agat, aget contra conscientiam, & sic necessario peccabit.

Resp. 1. In hoc casu non erit libera moraliter, ideoque non peccabit, quomodo eligat id quod minus malum esse iudicat. Quamvis enim possit esse duobus illis alteratum eligere, non est tamen libera ad non agendum contra conscientiam, cum, utra-

(1) Longe ante hos omnes, D. Antoninus (1. p. tit. 2. c. 10. §. 10.) ex communis presertim Doctorum sensu scripsit: B. Th. & alii dicunt, quod licet qui agit id, de quo est dubium, utrum sit mortale vel non, peccat mortaliter, quia periculo se exponit mortali.

(2) Appendix ista immediate subscribenda superiori corollario secundae Resolutionis, cum ille sit proprius istius locus. Porro peccatum, quod in tali hypothese consistit, & indubitata apprehensionis Auditor docet esse contra virtutem caritatis, alii volunt esse specie innotante, oppositumque generali Divino precepto: Declina a malo.

(3) Obiectio accommodatius urgetur adversus sequentem alteram Resolutionem praesentis Quaestio- nis: quippe de conscientia solum erronea vincibiliter tenetur, non licere operari vel contra, vel iuxta ipsam: ex quo videtur sequi, hominem ea affectum necessario peccaturum, utramlibet eligat contradiarias partes. Solvitur autem istaec ob- iectio dicendo, neutiquam hoc absurdum emerge- re in casu seu vincibiliter seu invincibiliter erro- reae conscientiae, sed tantummodo consequi, quod homo possit interdum fieri perplexus. Porro ex An- gelico (Lect. 1. in c. 4. ad Gal. & 1. in c. 14. ad Rom.) nihil prohibet aliquem esse perplexum ali- quo supposito, seu secundum quid, licet nullus sit perplexus simpliciter. Sicut sacerdos fornicarius,

vis parte electa, culpam apprehendat. Ad culpam autem imputabilem requiritur libertas, qua culpa vitari poterit.

Resp. 2. Nunquam licet agere secundum con- scientiam vincibiliter erroneam, dicantem aliquid esse licitum; quia feret culpabiliter aliquid illicitum: cum ignorantia vincibilis, utpote voluntaria, non excuset a peccato, & id quod ex ea fit, sit saltem indirecte voluntarium. Neque etiam licet agere contra eam, ut modo dixi, sed ipsa deponi debet. (4)

Hinc si quis ex errore vincibilis iudicet se debere furari, ut subveniat egeno non laboranti extrema necessitate, peccat contra iustitiam, si furetur: quia furtum est vitium, & si voluntarium est ut ma- lum in causa, nempe in negligentiam inquirendi veritatem. Si vero non furetur, peccat contra cari- tatem: quia non agit id quod lege caritatis prece- ptum esse existimat. Quare talis conscientia deponi debet prudenter, rem pro eius gravitate diligen- ter perpendendo, pius & peritus consulendo, prae- sertim morum attendendo &c. Quod si error iam de- poni nequeat, & electio urgeat, v. g. si non possis veritatem per te invenire, nec adire peritior quem consulas, tunc debes orare, & elicere actum con- scientiae de priori peccato ignorantiae, & eligere eam partem in qua putas esse minus mali: & sic excu- sabis ab ulteriori culpa, quia tunc error a vincibi- bili fiet invincibilis & involuntarius, cum eius casu fuerit retractata, & facias jam quod in te est ut non pecces. Teneis tamen rescire damnum illam; nam retractatio culpe non facit ut non fuerit libere posita causa damni, neque ut damnum ex ea non sit securum, & sic non tollit obligationem illud restituendi, necessario annexam iniuriae damno- sae.

Quaest. IV. Quid est conscientia perplexa?

Resp. sive celebret Missam, sive non celebret quod debet ex officio, peccat mortaliter; non tamen est perplexus simpliciter, quia potest peccatum dimitte- re, & celebrare. Et simpliciter potest aliquis con- scientiam erroneam dimittere, & a peccato abstinere.

(1) Legitima consecutio. Si enim conscientia vincibiliter erronea permanet, neque contra, ne- que secundum ipsam agere licet, omnino reliquum est, ut homo, cui necessaria aliqua proxima & minima regula agendi applicanda Legis aeternae, teneatur quoad potest illam deponere. Unde Ser- vaticus (in 2. sent. dist. 19. art. 1. q. 3.) dicit, ta- lem conscientiam ligare ad se deponendum, ad di- scrimen alterius conscientiae, quae ligat ad facien- dum: cuiusmodi est non solum recta, sed etiam invincibiliter erronea. Hae namque, cum nequeas ulla morali diligentia depelli, perinde se habet iuxta prudentem operantis estimationem, ac si es- set revera recta; adeoque ipsam, perinde ad re- ctam, operando sequi debet. Quomodo autem utraque liget ad faciendum, dupli- tatem tamen exci- pite altera ab altera fecerunt ex Angelico (q. 17. de Conscientia art. 4.) Primum quia recta ligat absolute, & in omnem eventum, sed erronea non ligat, nisi secundum quid, & sub conditione. Secundum, quia recta ligat per se, erronea autem per accidens. Quae duo discrimina capta S. Do- ctor ibidem pluribus declarat.

Resp. Est iudicium practicum, dicens esse pec- catum, sive actus hic & nunc fiat, sive omittatur; v. g. sive mentiaris, ad impediendum homicidium, sive non mentiaris. Cum hoc iudicium sit erroneum, deponi debet; nam quilibet tenetur adhibere me- dium necessarium ad vitandum illud, quo putat Deum offendi. Quod si deponi nequit, culpa vitabitur, eligendo minus malum, puta mendacium in allata hypothese, ex cau. *Duo mala*, dist. 23. Non enim peccat, qui facit quod in se est ad vitandum mag- nis, quod si eligas id quod apparet majus ma- lum, peccas secundum quantitatem excessus appre- henti; nam hunc excessum libere eligis. Si utraque pars appareat aequae mala, non peccabis alterutram eligendo, quia carere libertate sufficiente ad peccan- dum imputabiliter. Hinc non peccat, qui detetur in carcere, putat se peccare omissione sacri- quod audire veller, sed non potest; quia haec omis- sio non est ei voluntaria, nec libera. V. Differt. Provincial. n. 212, item & superius n. 235, 236.

CAPUT II.

De Conscientia certa & dubia.

NOta. Conscientia certa est actus, quo intel- lectus prudenter & firmiter, seu absque dubio & formidine salutaris factem rationabili, iudicat aliquid hic & nunc esse licitum vel illicitum. Incerta vero est actus, quo intellectus sic iudicat aliquid esse licitum vel illicitum, ut simul iudicet rem forte aliter se habere. Dicitur, prudenter: nam certitudo quo dicitur, nempe prudentiam, & firmitatem adhesionis; & firmitas sive presentia non est certitudo, fed pertinacia. Quare conscien- tia certa debet excludere omnem rationabilem dubitationem, & formidinem oppositi; alioqui non haberet firmitatem prudentem.

Quaest. I. An ad non peccandum requiratur iudicium certum de honestate seu licitate actus vel omissionis?

Resp. Requiritur tale iudicium certum saltem certitudine morali, quia prudenter excludatur dubitatio, & peccati formido saltem rationalis. Ita communiter, immo forte nullus quoad rem hanc dissentit. Prob. 1. Ex Eccl. 37. Ante omnia opera tua verbum verax precedat te, & ante omne- um actum consilium stabile, hoc est firmum & prudens iudicium de honestate actus, qui eligitur. Et ex Rom. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est. Ubi per fidem intelligitur certa persuasio.

2. Quia conscientia recta est actus prudentiae, qui debet esse saltem moraliter certus de veritate, cum prudentia fit virtus intellectualis, & ex Aristotele fit habitus vera cum ratione activus circa ea, quae sunt homini bona atque mala, ut haec scilicet respiciantur, & illa eligantur. 3. Quia operans sine tali iudicio moraliter certo, actionem suam committit regule incertae, habetque formidinem rationabilem peccandi, ac proinde spectat suo con- ceptu, se exponit morali periculo peccandi-forma- liter seu imputabiliter. 4. Sic probat Terribus. Omnis operans, ut excusetur a peccato, debet operari ex bona fide, quia quod non est ex fide, pec- catum est. Rom. 14. At nulla fides potest esse bona, seu sufficiens ad excludendum peccatum, quae

non reddat operantem saltem moraliter certum se non peccare; nam si fides, seu persuasio quod non peccet, sit solum probabilis, illa potest reipsa falsificari, & homo non solum reipsa, fed etiam quantum ipsemet iudicat, peccare poterit; quia quavis opinio probabilis de obiecto contingenti, non solum reipsa, sed etiam quantum ad existimationem opera- ris, sufficiens operantem, aut reipsa, aut secundum pro- priam existimationem peccare potest. Ergo fieri ne- quit ut bona fides, seu persuasio sufficiens ad honestatem actionis, aut reipsa, aut secundum propriam existimationem actionis, sit iudicium tantum probabilis. Ergo necesse est, ut saltem moraliter certo iudicet actionem, quam regulat, non esse peccaminosam.

Quaest. II. Quid est dubium & quodlibet?

Resp. Dubium est suspensio assensus, & dissen- sus inter utraque partem ob motiva pro utraque parte aequae probabilia. Dico ob motiva &c. Nam dubium quod vocat negativum, consistens in sus- pensione mentis inter utraque partem contradictio- nis, ob carentiam motivorum pro utraque parte, non est proprie dubium, sed negligentia & ignorantia. Quod si mens in unam partem magis inclinet quam in alteram, absque tamen assensu, tunc est suspensio. Hinc patet, 1. Dubium differre ab opi- nione; nam per hanc assentitur uni parti, in dubio vero mens suspensa manet inter assensum & dissensum. 2. Conscientiam dubiam non esse proprie conscientiam, cum dubium non sit dictamen seu iudicium practicum, sed suspensio iudicii circa bonitatem, & malitiam actus.

Resp. 2. Dubium aliud est iuris, aliud facti. Dubium iuris est dubium de lege, seu obligatione, aut legitima facultate agendi. Et hoc duplex est, nempe speculativum seu generale, quod dubitatur in genere, nam aliquid sit licitum, an illicitum, & practicum seu particulare, quod dubitatur an actus atque hic & nunc cum omnibus suis circumstan- tiis sit licitus, necne: ut cum quis dubitat an contractus hic, quem nunc vult inire cum talibus con- ditionibus, sit licitus.

Dubium facti est dubium circa aliquod factum, ut cum dubio an tale debium perforaverim; item an hinc perona sit, v. g. consanguinea, an non; an cibi apposti sint caro, necne &c. Ex dubio facti saepe oritur dubium iuris, ut cum quis dubi- tans an aliquid voverit, praeterea dubitat an illi prestare teneatur in tali dubio.

Quaest. III. An est peccatum agere vel omitti- re aliquid in dubio de malitia talis actus hic & nunc facienda, vel ejus omissionis?

Resp. Est peccatum ejusdem speciei & gravita- tis, cuius est peccatum, de quo dubitatur, quam- vis id secundum se sit licitum. Ita omnes. Con- stat 1. ex Rom. 14. Omne quod non est ex fide, hoc est, ex persuasione quod sit licitum, peccatum est. At actio, (idem dicit de omissione) quae fit in dubio de ejus malitia, non est ex fide, seu ex per- suasione quod sit licita, ut patet. Ergo peccatum est. 2. Agens in dubio, vult saltem interpretative malitiam peccati, de qua dubitat, eo ipso enim aequae vult actum, sive sit peccatum, sive non. 3. Qui se exponit morali periculo peccandi, peccat, & quidem eadem specie & gravitate peccati, cu- jus periculo se exponit, iuxta illud Eccl. 3. Qui

amur periculum, in illo peribit. At agens in tali dubio, exponit se periculo faciendi peccatum, de quo dubitat, & tale periculum amat ac eligit; nam id agit, quod, spectato suo conceptu, tam potest esse illicitum quam licitum; hoc habet determinatum iudicium, quod operatio sua sit licita potius quam illicita. Idque Ethnici solo lumine naturali norunt. Sic enim Cic. l. 1. de Off. ait: *Bene praecipit qui vitare quidquam agere, quod dubiet, equum sit, an inquam (1).*

Quaest. IV. Quomodo formanda est conscientia in dubio?

Resp. Tum quique tenetur adhibere diligentiam in veritate inquirenda debita, & possibilem pro rei gravitate, & loci ac personae qualitate & conditione; Deum orando, cor mundando pro contentione, ne impediatur lumen veritatis; affectum omnem pravum deponendo; cupiditates quae mentem obsecant cohibendo; probos ac peccatos consulendo; proxim timoratorum ac proborum atten-

dendo; rationes utrinque, & rem pro materia gravitate ex solo amore veritatis expendendo. Nam eodem praeepto, quo quisque tenetur prudenter agere, & vitare peccatum, tenetur etiam veritatem diligenter investigare, ne imprudenter agat, seque periculo peccandi exponat.

2. In dubio post diligentiam debitam adhibitam quisque tenetur se prudenter resolvere: ideoque non per solum affectum, sed per motivum prudentiae. Alioquin aducet se exponit periculo peccandi; nam voluntas est potentia caeca, quae debet dirigere per prudentiam intellectus.

3. Quod si pro utraque parte aequalis sit probabilitas, vel nullam grave moviam occurrat, tenetur sequi partem utriorem, hoc est, quam favorendo nullam est periculum agendi contra illam legem iuxta regulam juris. In dubio tutor parti eligenda est: aequalis est exponit periculo peccandi. Licet tamen sequi partem minus tutam, modo sit longe probabilior altera, ut infra dicam.

CA-

(1) Quod de conscientia erronea monimus nota 3. qu. 2. praeced. cap. id ipsum applicandum etiam dubit. Scilicet non statim ac quaeris ambiguitas, timor, anxietas agentem pulsant, locum habet praesentis Auditoris resolutio: sed omnino conscientia praestitit dubia requiritur eo modo, quo haec potest dici conscientia. Nimirum opus est, ut homo, utrumque se comparet ad quidam hic & nunc agendum, rebus percipit sentiat, suspendendum esse actum, erga utrumque extremum ob aequilibrium contrariarum rationum, vel si agendi imminet necessitas, non nisi tali aut tali modo agendum; & nihilominus temere & inconsulto actionem subinde aggrediatur, vel secus quam oportet, agat. Apposite Seraphicus (Comp. Theol. Verit. lib. 2. c. 52.) Nota, quod aliud est conscientia, aliud timor conscientiae: tunc enim est conscientia, quando quis sententialiter iudicat aliquid esse faciendum, vel vitandum: & contra talem conscientiam, laedere, etiam si sit erronea, peccatum est. Sed contra timorem conscientiae facere, non semper est peccatum; quia talis timor non est semper ex debita sententia rationis, per quam iudicatur ferri ad aliquid; sed ex eo quod vacillat inter dubia, nesciens quid sit melius, vel ad quid tenetur potius, cum tamen non emitteret quicquid ferret esse placitum Divinae voluntati. Et hinc ergo solentem capere possunt multi Deum trahentes, ubi consulantur eiusmodi conscientiae timoribus, mensurae ambiguitatibus.

(2) Haec porro sunt, quae accurate distinguenda, ac sedulo observanda existimo in proposita gravissima materia de Conscientia certa, & dubia. 1. quid sit proprie dubium morale? 2. quomodo sit formidolux adnexa dubio, seu probabilis assensus? 3. quomam sint species certitudinis, assentientis humanarum cognitiones? 4. quae sit genuina definitio conscientiae prudenter certae, ac dubiae? 5. qualis conscientia dicenda sit inesse homini constituto in aequilibrio duarum opinionum contrariarum? 6. quomodo sese gerere debeat iuxta prudentiam legem, quaevisque in eo verum statum praematur agendi necessitate?

Resp. ad 1. Dubium seu Dubitatio, ut scribitur

Seraphicus (in 3. sent. dist. 17. dub. 2.) proprie dicit indifferenter iudicii rationis respectu utrinusque partis contradictionis, ita quod neutrum praereligat alteri. Haec autem iudicii indifferenter, seu suspensionem assensus intellectus, oritur ex eo, quod in utraque partem se offerant intellectui rationes aequae ponderantes, proindeque dubium omne proprie dictum esse propter aequalitatem utrinusque occurrentia; constant & minime discrepant, sicut semper doctorum hominum sensus, a quo cordatus nemo nunc divortium facere tentabit. Constat hoc in primis ex Philosopho (lib. 1. Top. c. 9.) sunt autem problemata, & de quibus contrarii sunt syllogismi, dubitationem enim habent utrumque se habeant, an non; eo quod de utriusque sunt rationes suasibiles. Deinde ex Jurisconsultis. Baldus (in 1. De statu 9. De testam.) Dubitatio est aequalitas contrariarum rationum. Bartolus (in 1. Qui Rome 9. de Verb. Oblig.) Dubitabile est, ubi sunt consilia, & discordes Doctorum opiniones. Praeterea ex Canonistis, & Theologis, S. Antonius (14. par. Sum. tit. 3. l. 10. f. 10.) Sumitur proprie & stricte dubitatio, prout rationes sunt aequae ponderantes ad utramque partem, nec magis doctus quae ad unam, quam ad alteram. In Angelus de Clero (1. in Sum. ver. Dubium) Dubium est aequalitas rationum contrariarum secundum Philosophum. Card. Palustris (de Sac. Concilior. Confus. p. 4. q. 1.) Aliquando rationes utrinusque aequales se offerunt, ita ut minus non magis in unam, quam in alteram inclinet partem, & tunc oritur proprie dubitatio. Profs. Fagnanus, qui in peculiariter tractatu de opinione Probabili in c. Ne in iuratis de Consi. hoc ipsum longe pluribus testimoniis, ac rationibus (n. 125. usque ad 131.) ex professo demonstrat. Tandem ex Jure Pontificio, cui famulatur hic dubium reputatur materiam dubium articulum & casum, ubi rationes vel attributiones pro utraque similiter partem militent. Id servent et in respectu praesentis Decretali Innocentii III. nimirum Fratemitatis tussit. 12. de Foris. & Malef. lib. 4. Significasti nobis, tit. 12. de Homicidio Volunt. & Casual. lib. 5. Illud Dominus, tit. 27. de Clerico Excom. minor. l. 1. atque alibi passim. Jam vero ex bis omnibus cur-

deni sit, plane operam ludere illos Theologos, qui cum fortiter in consensu contrariarum opinionum aequae probabilitatis cuique licere alterutram pro arbitrio amplecti, pro modo, ne ita sentiendo voluntur convellere communionem quae moralis doctrinam, qua statuitur peccatum esse operari in dubio, vel cum conscientia praestitit dubia, comminiscuntur (sacra distinctione dubii negativi, & positivi) huiusmodi doctrinam accipiendam esse aut de negativo demonstrat dubio, quod consistit ab esse, ubi nulla propterea pro utroque extremum apparent rationes, aut de dubio positivo, quatenus leve dumtaxat praesertit rationes pro utroque extremo. Operam, inquam, plane ludunt, atque ex praesudicata dumtaxat opinione propria videntur assignare notionem dubii moralis, quae cum unanimi apertaque totius antiquitatis doctrina minime cohaeret. Sane ubi nulla utrinusque occurrat ratio, proprie loquendo non tam dubium, quam mera ignorantia, seu nescientia est. Ubi autem leve dumtaxat occurrant rationes, non est dubium vere morale, hoc est, rationale & prudens; sed potius vana & inconsulta hesitatio, adeoque rejicienda: ut liquet ex Innoc. III. (lib. 5. Decr. tit. 39. de Sent. Excom. c. 44. Inquisitioni) ubi conscientiam scrupulosam docet expendendam esse, & opore conscientiam levis & temeraria creditur, & valde discretam a probabili, & discreta creditur, fore a rationali, & prudenter dubitatione. Verum, ut investigationes quaeque evitentur; quocumque modo explicare liceat morale dubium, semper inconfusum manet, quod facit ad praesentem scopum, scilicet dubitationem quorundam dubio in tali versari dispositione, ut subsistat aequilibrii inter oppositam utramque partem, & quasi ligatus nervi possit assensum suum prudenter accommodare. Adhuc de hoc Angelicus (de Veritate q. 14. art. 1.) Intellectus noster respectu partium contradictionis se habet diversimode; quandoque enim non magis inclinat in unam, quam in alteram: vel propter defectum momentum, sicut in problematibus, de quibus rationes non habemus (en dubium, quod dicunt negativum) vel propter aequalitatem earum, quae movent ad utramque partem (en dubium, quod non vocamus positivum, proprieque morale). Et ita est dubitatio dispositio, quae fluctuat inter duas partes contradictionis.

Resp. ad 2. Ex D. Bernardo (lib. 5. de Confid. c. 2.) opinio certi nihil habens, verum per verisimilitudinem quae potius, quam apprehendit; unde rursus in Scholis definitio dicitur assensus praestitit alicui rei cum formidine de opposito. Porro duplex scienda Formido opinionum, altera Logica; Moralis altera. Logica formido sita est in cognitione, quae intellectus apprehendit rem, quam opinatur; & pro opinionem determinatam iudicatur esse, ut post etiam esse aliter, ac ipse iudicatur; quia nimirum advenit, rationes illius partis, cuius habet assensum, non esse evidentes & decretorias, sed tantum probabiles. Moralis vero formido consistit in animi anxietate, & fluctuatione, per quam ob grave aliquod motivum timeatur, ne actio sit mala, & prohibita. Priori generis formido est essentialis opinioni absolute ac secundum se considerata: quippe opinio quatenus a fide, & conscientia distinguitur, sola se verisimilitu-

dine tenetur iuxta prelaudatum Bernardum. Ita tamen non excludit ab opinantis animo determinatum assensum unius partis, adeoque nec moralem certitudinem de honestate operationis. Contra vero formido posteriori generis est accidentaliter ipsius opinioni praesitit in se spectata; imo, verius loquendo, impulsivo est, ut ipsa opinio, quatenus determinatum denotat assensum, possit prudenter estimari. Huiusmodi est Angelicus (lib. 3. Meraph. cap. 1.) Dubitatio de aliqua re hoc modo de se habet ad mentem, sicut vinculum corporale ad corpus, & eundem effectum demonstrat ut. Sicut enim qui habet pedes ligatos, non potest in anteriora procedere secundum viam corporalem; ita ille, qui dubitat, quasi habens mentem ligatam, non potest ad anteriora procedere secundum viam speculationis. Idcirco morale estiam certitudinem de honestate propositae operationis in animam introire non patitur; nam iuxta eundem Angelicum (in 3. sent. dist. 23. q. 2. art. 2. q. 3.) certitudo nihil aliud est, quam determinatio intellectus ad unum. Perfecta duplici ipsi formidine, iam manifesta evadit distinctio opinionum perfectae, & imperfectae a quibusdam Scriptoribus memorata, videlicet imperfectae opinio non logicam tantum, sed & moralem formidinem adiunctam habet; perfecta vero logicam dumtaxat formidinem comprehendit. Ac merito quidem posteriori attribuitur nomen perfectae, seu genuinae; quoniam opinio simpliciter sumpta determinationem importat assensum erga rem aliquam, ut communis definitio ostendit.

Resp. ad 3. Praeterea certitudine Supernaturali, quae oritur ex Divina revelatione, & Christianae fidei propria est; Naturalis certitudo differtur in Metaphysicam, Mathematicam, & Moralem. Moralis subdividitur in totalem seu omnimodam, atque in non totalem seu omnimodam; quae est maris, duplici saltem gradu consistere dicenda est. Certitudo, quae totalis est, seu in gradu perfecto, omnem prolix formidinem, tam logicam, tum moralem saltem rationabiliter pellit; sed neque assensum inducit non modo determinatum, sed & imperitabilem: quia nimirum medio nititur, quod prudenter cogitando infallibile consistit, est humanum sit, ita ex gr. novimus Hippocratem fuisse apud Graecos ingrem medicum, Constantinopolim in Thracia existere. Certitudo autem, quae est non totalis, seu in gradu imperfecto, formidinem propulsa, non quidem logicam, sed moralem dumtaxat, sumptam scilicet iuxta mox dicta praestationis & dubitationis animi; adeoque assensum partis determinatum, ac non undequaque firmum & constantem: quia nemo non evidens, aut recessivo nititur fundamento, sed tantum verosimili, quantumvis gravi, & prudentia regali consensu; sic ex gr. mis certum, perspicua sacramentis imparem esse eam Ministri intentionem, quae ad parum putantem illorum rituum externum terminatur, habentes bona temporalia, tum naturae tum status superioris. Divino praeepto contrarietate est erganda in pauperes soli necessitati communi obnoxio. Hinc porro statim, quoniam sensu rarisim obducit, hominem prudentem, & cautum non vacare omni gravi formidine de inhonestate suarum actionum, quatenusque probabili tantum iudicio se determinat ad agendum

ia

in materia morum: Ea namque gravis formido est dumtaxat logica & speculativa, nibique aliud praesertim, quam reflexam cognitionem de non repugnanti ad oppositum, quod agit, ac de fallibilitate mediarum, quibus ad opinionandum moventur: quam utique concedunt omnes, insuperabilem esse ab assensu opinativo, prout a scientifico distinguitur. Ceterum moralis & practica minime est: quandoquidem sibi in solitudine agendi circumstantiis, metus vere gravis de honestate assenti agentem pulsatur, tunc fieri nequit, quin in rationabilem dubitationem, & hesitationem inducatur, quae quilibet determinatum assensum impedit, quousque non occurrat nova quadam ratio gravis, cuius vi possit dispelli ista mentis hesitatio.

Resp. ad 4. Ex haecenus didis pronum erit barrire genuinam, & accuratam descriptionem conscientia certae, ac dubiae. Certa conscientia est intellectus, seu rationis practica determinatum iudicium, distinctum quidem hic & nunc vel faciendum ut bonum, vel omittendum ut malum: ita quidem ut ab illo, rari omnem penitus errandi, peccandi rationabilem formidinem excludat, aut saltem quamlibet moralem dubitationem, & hesitationem ea ipsa de re amoveat. Et hoc secundum partem sufficere ad ingendum animo morale illam certitudinem quae honesta operandi regula passim dicitur, necesse est fateatur quicumque Rigidus renuit accenseri. Nam scribente D. Antonino (1. par. tit. 3. c. 10. b. 102. in fin.) non confugit certitudo moralis ex evidenti demonstratione, sed ex probabilibus coniecturis grossis & figurabilibus, magis ad unam partem, quam ad aliam se habentibus: uti pridem notavit Aristoteles ibidem citatus, qui selecta varietate humanorum agibilium, quae sunt Facultatis Ethicae materia, idcirco inquit: aequo vitiofilis est persudendum quare mathematicum, & morale demonstrantem. Exinde tamen cavete cum vulgo Moralium deceptus inferas nullam omnino rerum moralium dari demonstrationem, nullam scientiam, nullas regulas apodicticas, sed conflare Ethicam totam meris coniecturis. Philofofus enim ibi non loquitur de principiis Ethicis aut de coniecturis, quae proxime vel propinque ex istis principiis manant, & sepe non minus necessariae, immo & evidenter obtinent veritates, sed de talibus bonis, quae singularia cum sint, atque circumstantiarum varietate impediunt, se certa definire nequeunt, sed prudentem hominum iudicium arbitrarum permittunt, quibus corrigi leges, rei motus legem ea parte, qua deficit ob unum versalissimum, ut loquitur (lib. 5. Eth. c. 14.) idem Philofofus. Quae porro vocatur conscientia dubia, ea proprie, atque ingere moris loquendo, non est saltem determinatum intellectus dictamen de re quam agenda, aut omittenda (adeoque nec veri nominis conscientia) sed est potius mera ejusdem intellectus fluctuatio, anxietas, hesitatio, ob apprehensas scilicet rationes probabiles, ad utramque contradiotionis partem aequaliter, aut quasi aequaliter moventes, quae intellectum se hanc in partem, aut illam nequeat procedere ad assensum alterutrius partis prudenter praesudam, nisi aliunde determinetur ad aliquo diversio morivo, seu pondere lauci suspense injecto. Dubitatio enim juxta Anglicum (in 3. sent. dist. 17. q. 2. art. 4.) primo & principaliter

signat motum rationis supra utramque partem contradiotionis, cum formidine determinandi alteram.

Resp. ad 5. Jam, his praesertim, haerescit opus non erit, ut scias qualis conscientia sit effectus hominis, qui dum ad agenda se comparat, doctorum opinionem, offendit utrinque pugnantem aequa ratione. Ut patens ac vere dicitur, tunc conscientiam profusam nullam habet, si sapit, quomodo contrariam opinionem pariter iudicantem ejus vim se ligat, ut nequeat prudenter prode in illum adum aut assensum, aut dissentientem alterutrius extremo. Nec enim intellectus humanus liberatum habet opinandum, ut libet, sed, potentia naturalis cum se coartat, se conformare objecto sibi proposito, quemadmodum ex Aristotele docuerunt semper Scholae veteres. Unde quod res in se dubia est, aut saltem tamquam dubia apprehenditur, necesse est dubium, & aequilibrans manere. & ipsum intellectum sic apprehendentem, neque contingere illucitum potest, ut in re dubia certus moraliter existat. Quare hic spectant repetiti illi apud Gratianum Canonici (c. Habuisse, dist. 33. &c. Grave, 1. q. 2. &c.) attestantes, in re dubia sententiam certam ferri non posse. At facta distinctione intellectus speculativi, & practici, inquit, ex dubio speculativo, seu in universali, quod ingerunt duae contrariae opiniones aequae probabiles, non sequitur necessario dubium practicum, & in particulari, quia videlicet homo in praxi, seu hic & nunc agenda, potest ob aliquam rationem hinc prudenter prode hunc licitum esse, de quo antea in communi dubitabat, quum tale foret. Exceptio ista, Adversariorum ceteroquin ore trita, non nisi desperatissimum perfugium est: quod sic ostenditur: Ex Angelico (1. par. q. 97. art. 11.) Intellectus practicus, & speculativus non sunt diversae potentiae; quia, ut dicitur ab Aristotele in 2. de Anim. intellectus speculativus differt a practico: quia nempe speculativus quod apprehendit, ordinat ad solam veritatis considerationem; practicus vero quod apprehendit, ordinat ad opus. Ergo, cum rationes universales non distinguantur a singularibus, sed eas implente in se continent, omnino implicat, in praesenti negotio intellectum practicum disordicare a speculativo. Idcirco si homo ex gr. speculativo considerans contrarium aliquem, vere dubius existit de illius honestate ob contraria Doctorum plerisque, necesse est similiter dubius permanere etiam practico, dum millionibus parvis illis hic & nunc hinc. Tunc solum dubio speculativo succedere potest practica certitudo moralis, quoties in praxi peculiaris aliquid circumstantia intervenit, ven. extrahit ab illa ratione communi, sub qua prius speculativo considerabatur, ut patet ex gr. de milite theoretice dubitante de justitia belli, quem a statu dubitationis practica eximit proprii Regis imperium ad bellandum perurgens: quia nempe Superiorum mandata, quibus subditus obtemperare Deus iubet, rei praesente novum assumunt probabiliter gradum eo ipso, quod certo non constat, eandem morum honestati, aut Divinis legibus adversari: Hinc S. Bernardinus Senensis ex communi scripturae Canoniarum, & Summorum sensu scribit (Tom. 2. Dialogo de Obedientia §. Primus limet) in rebus

per

per se malis non est obediendum. Sciendum tamen quod ubi subditus rationaliter dubitat, aut quod praesertim, sit peccatum necne, tunc profecto obediendum debet; juxta Augustinum in cap. quid culpat in bello: de quo Gratianum (can. 23. q. 1. c. 4.) consule. Jam vero, viri boni; da gloriam Deo, & manifesta peculiariter illam rationem, quae in casu nostro facit, ut homo speculativo dubitus in vivo opinionem aequae probabilem possit in praxi prudenter se determinare ad alterutrum amplectendum. Fundatur ista ratio in probabilitate, aut in securitate opinionis eligenda? At contrariam opinionem aequalis probabilitas ipsam enascenti dicitur caput est. Securitas autem, quam praesertim una carum opinionum, quae dicitur magis tuta, seu favens legi, minime te attrahit; quippe moraliter infirmari (reclamante licet Jure Canonico, & tota vero Antiquitate) praecipuum extare eligendi rationem. In iudicio reflexo, inquit, quo feliciter actioni proximam serio mihi persuadeo opinionem meam esse alterutram sequi opinionem, quodcumque servet speculativum Doctorum dictum circa utramque. Capio. At quae haec ista philosophi methodus, ut postquam & evidenti ratione, & ineluctabili auctoritate instruitur, aut ab utroque extremo abhinentium, aut non nisi rationi adhaerendum esse, adhibet tibi blandiaris, reflexi conspiciam iudicium admittit, ut possit ad libitum eligere alterutrum promissum extremum? Quenam sunt sultra linguae suadentium? Aut novae praesertim rationes, quae in dispensatione decurrit ex industria subicitur; vel potius eadem ipse, quae ubi te iam propostas, majori contrarium pondere enervata subinde perspicitur? Ut ut sit, magno pere mirandum, quod nec Romani Pontificibus, Sacrisque Urbis Congregationibus, nec Canonistis aut Theologis superiorum aetatis tale iudicium unquam in mentem venerit. Rem igitur quae, matius expendi: simulque memo eius quod olim Philonides Atheniensis apud Stobaeum edixit: quam valde pulcrum est vere vincere iure.

Resp. ad 6. Haec cum sint, iam nequit amplius in consultationem venire, quidnam faciendum si homini fluctuanti inter contrarias opiniones aequae ponderantes. In dubiis semitam debere non eligere tutorem, passim clamant Sacri Canonici, hanc ipsam ad rem allegari, atque adversus sensuras interpretationes vindicari a Clar. Fagnano (n. 171. & seq. Trad. superius jam citat.). Scite propterea eorundem peritissimum Card. Brancatus de Laurea (in 2. sent. tom. 2. dist. 11. n. 242.) resoluti: Quando opinio est dubia, nempe cum est aequalis ponderis cum alia, prudentia dicit, vel neutram, eligendam, vel tutorem, si oportet operari. Et haec quidem semper fuit consensu veterum Magistrorum assertio, uti patet ex Alexandro Aterio, D. Bonaventura, Scoto, ut reliquis relictis. Primum namque sic ait (par. 2. Summ. q. 112. memb. 8. cap. 5.) Quod de illo, qui dubitat de aliquo contractu, utrum sit simoniacus nec ne, eo quod quidam Jurisperiti dicunt esse simoniacum, quidam non. Quis ergo faciendum est, cum ignorat. Ad quod resp. quod abstinentium est ab huiusmodi contractu, ne committat se discrimini; melius enim est, ut incidat in damnum temporale, quam in damnum spirituale. Secundum (in 2. sent. dist. 14. par. 2. art. 2. q. 2.) loquens de homine habente sensuram delectationem cum cognitione periculosa vel abique consensu, eamque non repellente, inquit: Tunc dicitur Magister, quod peccat mortaliter, quia quavis non sit illi consensus verus, est tamen ibi consensus interpretativus. Hoc tamen non est usquequaque certum, negant enim aliqui esse mortalem in negligentia reprimendi, ubi est difficultas, quantumcumque quod periculum advertat. Sed tamen fecerit via tenenda est, quidquid sit veritas. Ad ipsum inculcat Sacrorum Confessorio (in 4. sent. dist. 17. par. 3. dub. 2.) ubi agitur de discernendo inter perplexitates peccatorum: In talibus debet secularem viam semper eligere, & sapientes consulere. Tertius (q. 3. Prot. in fin.) haec habet: Si obijcias, multa in actibus humanis sunt dubia, utrum sint peccata mortalia, & etiam suppositis omnibus doctrinis Doctorum, & Explicitorum. Resp. non est dubia via saltem simpliciter quia talibus tamquam a periculosissimis debet homo sibi cavere, ne, dum se exponit peccato, incidat in peccatum. Quod si voluerit quare saltem, sed non curando exponat se periculo, alii forte adde de genere suo non est peccatum mortale, tamen peccabit mortaliter, si tali periculo exponendo. Ubi vero agendi necessitas non ingrat, hoc alterum iudicet (in 3. sent. dist. 23. q. 1.) quando in moralibus sunt alterationes ad aliquo peccato, quando primo est mortale: ut si unus peritus in scientia dicit, quod non licet sic metari, & alius dicit, quod licet; tutius est non procedere nec sic, nec sic, sed explicare quousque veritas pateat affirmative. Forsan quid ad hoc doctrinam hactenus firmatam opponeret regulam Benedicti XIII. Pontificis Maximi (lib. 7. de Syn. Dice. c. 11. n. 2.) Ubi Doctorum magna discrepantia est, quae magis erit cum sententiam ampliori, quae magis amplexetur. Tunc gemina responsio nobis in promptu erit. Primo, Alphabeticus Index illius operis a privati hominibus confectus hanc utique generalem, & indefinitam consensum propositionem. At in Pontificio textu singulari casuum casus aptatur, in quo ambigitur, num fiat res iudiciali statuti Synodali ille Parochus, qui Vinctum denegavit homini incidenti in leprosum morbum ipso suscepto Communionis aetate ut legenti integrum contextum clarius patebit. Secundus, quando etiam Pontifex generatim id edicere de quibusvis maritalibus controversiis, adhibet nihil exinde contra nos excederetur. Tunc siquidem crederet par esse, cum dari opinionem hac solum lege, Janigibus moram Regulis, ipsique sibi Pontificio plane conformi, nempe quod quis iuxta eam opinionem, quam pro arbitrio ex pluribus amplectitur, possit prudenter formare conscientiam suam; vel qui magis tutam esse videt, vel saltem quia reliquis verosimiliorem apprehendit mente sua. Nam iuxta, variam basin minimum indolem ac dispositionem evenire facile potest, ut peritissimus Doctorum circa rem aliquam distido, unus hinc inducatur in dubitationem, siveque ea mente se committat periculo, & peccet iuxta dubitationem adducatur, & sic non committat se discrimini, nec peccet, quemadmodum docet (Quod. 8. q. 6. art. 13.) Anglicus Magister. Atque haec facti de Conscientia Certa, & Dubia.

CA

CAPUT III.

De conscientia scrupulosa.

Quaest. I. Quid est scrupulus?

Resp. Est opinio formidolosa peccati, ubi non est peccatum, ex inani frivoleque motivo concepta, & animum plerumque angens sine est actus, quo intellectus ob motum parvi aut nullius momenti iudicat cum anxietate aliquid hic & nunc esse praecipuum, vel prohibendum. Lex a contra est actus, quo intellectus, ob motum leve seu insufficientem, iudicat aliquid hic & nunc licitum esse, vel etiam bonum.

Quaest. II. Quanam sunt causae scrupulorum?

Resp. Haec, nimirum melancholia, indoles timida, iudicii imbecillitas, cerebri debilitas ex morbo, vel immoderatis jejuniis ac vigilis contracta; ignorancia, superbia, mentis inconstantia vel pertinacia, pusillanimitas & desectio animi, ob quam quis necit timores vanos contemere; conversatio cum scrupulosis; suggestio demonis, ut bonum spirituale hominis impediatur, & a perfectione vel salute tanquam nimis ardua, immo & impossibili deterreat, vel ut hominem ineptum reddat ad opera Deo gloriosa, & proximo utilia, &c.

Quaest. III. Quanam sunt remedia contra scrupulos?

Resp. Haec a Doctoribus passim praescribuntur.

1. Frequens oratio, & alia pietatis opera, praesertim actus humilitatis, fiducia, & amoris in Deum &c.
2. Sollicitudo cavendi peccata manifesta, tum mortalia, tum venialia.
3. Proborum ac sapientium vitam ac consuetudinem intrare, ut monet S. Antoninus.
4. Sequi in omnibus directionem sui superioris, vel confessorii, seu doctoris probi ac prudentis, deposita opinione propria inani: quod non solum tuto potest, sed etiam debet scrupulosus ob graviam damna, & pericula peccandi formaliter, quae ei impendunt, si remedia & consilia respuit. Essi enim directionem errare contingeret, quia tamen ad obtemperando, agit quod in se est; non peccabit, ex c. 44. de sent. excom. ibi: Ad sui Praevis consilium, conscientiam levis, & temeraria credulitas explosa, licite potest &c.
5. Non debet ad singula directionem adire, sed ex regulis generalibus ab ipso vel aliunde acceptis, assuetate formare conscientiam in casibus occurrentibus.
6. Cavere otium, & vagas cogitationes, quae mentem scrupulis vexant; & animum in ipsis scrupulorum initis alio avertere.
7. Scrupulos contemere, non fovere cogitationes, sed contra illos agere formando praedens ac rectum iudicium in oppositum. Quod facile fieri potest, cum scrupulos sit opinio levi ac contemptibili motivo mixta.
8. Destruere causas scrupulorum. Superbus pru-

(1) Praestabit legere S. Antoninum (1. par. Sum. tit. 1. c. 10. 5. 10.) ubi septem assignat, & edis-

dentiae suae non imitatur. Perinax frangat suum iudicium. Rudis intrinatur. Timidus medietur bonitatem Dei, qui non imponit praepcepta redigentia ad insaniam. Melancholicus expulsiat medicamentis aram bilem, &c.

Quaest. IV. Quomodo se gerere debet Confessor cum scrupuloso?

Resp. Confessor 1. nullum scrupulosum admittat, nisi declarare se, velle eius consilia sequi, deposito proprio iudicio. Quare ei persuadere scrupulosum non posse se ipsam regere, & ideoque debere regi per alium cui obsequatur; nam Dei providentia nemini negat modum, quo regi in via salutis possit, cum Deus sincere velit omnes salvare. Idque esse medium ab omnibus Sanctis, & Doctoribus praescriptum, & necessarium ad curandum hunc animi morbum, ex quo, si curatur, gravissima damna spiritualia, & pericula oriuntur.

2. Scrupulorum causas exploret, & remedia ex allatis aptissima praescribat.

3. Doceat principia generalia, quibus utitur ad depellendos scrupulos, nec admittat frequentes ad se recursum; & dum scit scrupulum ascendendum esse, dimittat illum non auditum: nam haec interrogationes & frequentes recursum ferunt scrupulos.

4. Sollicite moneat, ut nulli serupulo cedat, sed contra omnes cognitos ut tales agat.

5. Si valde gravem anxietatem & molestiam patiatur in observando praepcepto, a quo notabile momentum excusat, petatur pro eo dispensatio, si aliter curari nequeat.

6. Moneat, ut ablineat a nimis anxio conscientiae examine, doceatque cum non teneri nisi ad mediocre examen peccatorum, quamvis aliqua fortasse hinc omitti contingeret: si videat tantam hac in re esse anxietatem, ut timeatur periculum laedendi cerebrum, vel ad insaniam aut desperationem redigendi. Nam ad materialem Confessionem integritatem, non teneri cum tanto incommodo ac periculo, nec Deus id totum hac in re ab agris animis exigit, quod a sanis.

7. Confessionem generalem peccatorum antea rite confessorem impeditat scrupulo timorato, & insufficiente a peccatis purgato, si inde oriatur nimis anxietas ac molestia, vel timeatur capitis debilitas, aut corporis morbus. Sed permittat ei, qui non videtur satis purgatus a peccatis; modo ex illa repetitione non imminuat periculum in ea denuo confitendi: nam confessio generalis per se utilis est ad conscientiam purgandam.

8. Non permittat ablineare a frequentandis, ut oportet, Sacramentis, nec privetur gratia sacramentali, quae plurimum valet ad pacandam conscientiam.

9. Plerumque mitem ac benignum se praebat erga illum, ne assiduo afflictionem addat. Quamvis tamen iurabit austeritas, ut expugnetur eius animi pertinacia.

10. Caveat ne penitens ab uno extremo transeat ad aliud, conscientiamque timorantem in illa re deponat.

CA.

serit regulas, quarum admisculo conscientia scrupulosa seu eronea deponi potest, & debet.

CAPUT IV.

De conscientia, & Opinione probabili.

Nota 1. Opinio probabilis speculativa ac secundum se, est opinio verisimilis, sed non evidenter vera: sive est opinio quae nititur motivo gravi, sed absolute fallibili. Opinio vero probabilis practicae & respectiva ad operantem, est ea quae apparet ira verisimilis, seu nititur motivo tam gravi, quamvis absolute fallibili, ut post diligentem veritatis inquisitionem, possit merito ac prudenter approbari, ut vera. Non potest autem merito ac prudenter ob apparentem veritatis approbari: verum, quod habet maiorem, aut etiam aequalem apparentiam fallitatis.

Nota 2. Opinio probabilis (Vid. N. 50. usque ad 57.) stricte loquendo differt a conscientia probabili: nam haec est actus quo intellectus, ob motum grave sed fallibile, iudicat actionem, hic & nunc esse executam, esse licitam vel illicitam; illa vero est actus, quo intellectus, ob motum grave sed fallibile, iudicat aliquid esse licitum vel illicitum, praesumendo a priori actuali, seu exercitio.

Nota 3. Ut opinio censetur probabilis etiam speculative, necesse est; 1. Ut nec rationi evidenti, aut principio certo, nec Scripturae, nec Traditioni, nec Patribus, nec Concilio, nec Summorum Pontificum decretis, nec unanimi Doctorum sententiae adversetur. 2. Ut nitatur motivo gravi, licet absolute fallibili: Motum autem grave est motum magis momenti, quod si seorsum spectetur, nec oppugnetur motivo aeque aut magis gravi in oppositum, per se sufficit ad sciendum, pro una parte iudicium praedens, quamvis evidens & absolute fallibile. Porro opinio improbabilis est ea, quae nititur motivo levi, & absolute insufficiente ad prudentem assensum.

Nota 4. Probabilitas est verisimilitudo seu apparentia veri infra evidentiam fundamenti alicui: sive est motum grave, sed absolute fallibile reddens opinionem verisimilem. Dividitur in intrinsecam, & extrinsecam. Probabilitas intrinseca est ea, quam facit momentum auctoritatis Doctorum, vel testium. Doctorum tamen auctoritas non movet nisi in quantum praesumitur cum ea coniunctam esse gravem rationem, ita ut resolvarur in gravem rationem praesumptam. Quare probabilitas, quae est ab auctoritate Doctorum, non tam ex illorum numero, quam ex eorum merito, videlicet probitate, doctrina, studio, diligentia ac sapientia metienda est. Hinc opinio probabilis intrinseca est ea, quae habet pro motivo rationes ab auctoritate distinctas: probabilitas vero extrinseca est ea, quae habet pro motivo auctoritatem aliquam magnam, sed fallibilem, quamvis hinc resolvarur in gravem rationem praesumptam.

Nota 5. Alexander VII. damnavit hanc propositionem: Si liber sit aditus iunioris & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constat, relictam esse a Sede Apostolica tanquam improbabili.

Nota 6. Opinio tuta est ea, quae removet a periculo peccandi; tutior, quae magis removet: minus tuta, quae minus removet a tali periculo. Item tuta, Antioch. Theol. Moral. Tom. I. P. II.

tior fiat pro praepcepto, hoc est, aestit extare praepceptum iubens vel vetans aliquid. Minus tuta dicitur favere libertati, quia negat extare praepceptum & obligationem circa aliquid, sed affert hominem posse licite pro arbitrio utramvis eligere.

Nota 7. Agitur hic de Opinione probabilis relate ad operantem post diligentem ac debitam veritatis inquisitionem, & motus utriusque partis diligenter, & ex studio veritatis assequende expensis.

Quaest. I. An licet sequi conscientiam probabilem & minus tutam?

Resp. Non licet, nisi probabilitas sit tanta, ut excludat omnem formidinem rationabilem fallitatis, & pariat certitudinem morealem saltem relative, quae ut dixi c. 2. q. 1. ad non peccandum requiritur iudicium certum saltem certitudinem morali, qua pendente excludatur dubitatio, & peccati formidus fallitatis rationabilis. Hinc non licet sequi conscientiam minus tutam, & minus aut non magis probabilem; quam fit tutior opposita, ut constabit etiam ex modo dicendis. E contra licet sequi conscientiam unice probabilem, vel saltem longe probatorem opposita, stante pro praepcepto, non quidem quatenus est practicae probabilis, sed quatenus est tunc moraliter certa.

Quaest. II. An licet sequi opinionem minus probabilem stantem pro libertate, in concursu probabilioris stantis pro praepcepto?

Resp. Nunquam licet, sed semper tenetur sequi probatorem & tutorem. Prob. 1. Ex Eccles. 3. Ante omnia opera tua verbum terax praecedit te, & ante omnem actum consilium stabile. Ibi traditur praepceptum generale sciendum veritatem de licitate seu honestate actus; quod etiam ipse Aristoteles. Ethic. c. 4. docet: Veritatem, inquit, debemus inquirere, quantum possumus. Sed qui sequitur opinionem minus probabilem de honestate actus, relicta probatorem de eius malitia, non facit quod in se est ad sciendum veritatem de honestate actus: nam sequitur partem minus verisimilem, quae proinde a veto magis recedere ipsi videtur, relicta verisimiliori, & veritati propiore. Ergo.

2. Ille peccat, qui facit id quod non potest iudicare prudenter esse licitum: nam ad agendum vel omittendum licite, requiritur iudicium pendens de honestate actus, vel omittendi. Ad sequens opinionem minus probabilem & minus tutam, non potest iudicare prudenter actionem vel omissionem (sunt esse licitam. Prob. min. Tale non potest iudicium suam actionem vel omissionem esse licitam, nisi in iudicando praesertat minorem verisimilitudinem majori, & motiva minus gravia motus gravioribus, ut patet. Sed qui in iudicando praesertit minorem verisimilitudinem majori, & motiva minus gravia motus gravioribus, imprudenter iudicat. Ergo sequens opinio minus probabilem &c. non potest, nisi imprudenter iudicare actionem, vel omissionem suam esse licitam. Minor patet. Et vero ut intellectus prudenter procedat in iudicando, debet in iudicando, quantum in se est, vitare malum suum, nempe errorem. Ad hoc non facit, si in iudicando praesertat minorem verisimilitudinem majori; nam intellectus non censetur in estimatione prudenter vitare quantum in se est errorem, nisi cum in evidenti bus asplectatur id quod verum est, & in obscuro id quod, F quod,

quod, omnibus diligenter perpenis, apparet verisimilium. Quare extrat preceptum generale prudentia, ut in evidentiis sequatur veritatem notam de honestate actus, & in obscuris verisimilitudinem maiorem, & magis remotionem a periculo agendi contra veram legem.

3. Tenetur obviare preceptum, quod sufficienter proponitur ad obligandum, ut patet; & illud preceptum sufficienter proponitur ad obligandum, quod prudenter affirmari potest, nec nisi imprudenter negari, ut etiam patet. Ac tale est preceptum, quod apparet probabilis, cum pro eo stent motiva graviora; prudenter enim iudicande praeferuntur motiva graviora motibus minus gravioribus, & major verisimilitudo minor, nec nisi imprudenter possionerentur.

4. Ut quis non peccet, debet habere iudicium saltem moraliter certum, quod actio sua sit licita. Nam homo semper tenetur prudenter agere, nec licet se exponere periculo peccandi prudenter autem, cum sit virus mentis practicae, requirit certitudinem saltem moralem. At hoc iudicium habere non potest, sequendo opinionem minus probabilem, & minus tutam. Nam non potest illi apparere certum quod actus sit licitus, cum illi appareat certum quod verosimilium sit eam esse illicitum: hoc enim iudicium virtualiter opponitur; Mihi apparet certum quod sit licitus, & simul mihi apparet certum quod verisimilium sit eam esse illicitum.

5. Quia in concursu duarum opinionum aequae probabilitatis, tenetur sequi tutiorem, ut modo probabo. Ergo a fortiori &c.

Hinc collige nemini licere consilium dare secundum opinionem, quae est minus probabilis, & minus tuta videri; cum nemini liceat secundum illam operari, & nemini liceat consulere actum illicitum.

Porro Adversarii sententur, Professores in docendo teneri sequi sententiam probabiliozem, praesertim in rebus gravioribus, quales sunt quae ad fidem vel mores pertinent: quia ideo eis tale munus commissum est, ut discipulos doceant probabiliora in rebus quarum absoluta certitudo non est.

Obj. 1. Opinio minus probabilis in allata hypothese est probabilis, habet motiva grave ac ratioabile. Ergo. Resp. Opinio minus probabilis, in concursu tutoris probabilioris, aut certe probabilioris, ut ad certitudinem probabiliorem spectant, secundum se, & absolute: at non est probabilis practicae, & in ordine ad hic & nunc operandum ex prudenti iudicio de honestate seu licitate actus. Habet motiva gravae, aptum ad obviandum assensum viri prudentis, si illud spectetur foris & absolute: focus, si spectetur comparate ad motiva graviora aut aequae gravae in oppositum: nam motiva grave non potest prudenter in iudicando praeseri motivo graviori aut aequae gravi in oppositum; nec proinde in hoc concursu potest fundare assensum prudentem de licitate actus.

Obj. 2. Opinio probabilis, hoc ipso quod est probabilis, prudenter iudicatur ut vera etiam in tali concursu, & sic prudenter secundum eam agimus.

(*) Non cognoscitur statim, & facili intuscu.

Resp. Hoc est falsum, ut constat ex dictis, & ex his propositionibus ab Innoc. XI. damnatis 3. Generatim cum probabilitate sine intrinseca, sine extrinseca, quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus non exeat, confis aliquid agimus, semper prudenter agimus. 4. Excusabitur infidelis non credens, ductus opinione minus probabilis. Ergo nec quivis alius excusabitur, si talem opinionem sequatur in iis, quae pertinent ad mores. Praeterea opinio probabilis non potest, saltem prudenter, iudicari vera in concursu probabilioris oppositae, cum sit fundamentum gravis iudicandi eam esse falsam. Idem dicitur in concursu opinionum aequae probabilitatis, quia non est potior ratio eam iudicandam veram, quam falsam; nec est sufficiens fundamentum attribuendum veritati uni parti potius quam alteri, cum neutra appareat magis vera quam falsa: unde intellectus tunc debet haerere suspensus, vel iudicare rem esse dubiam.

Obj. 3. Motivum grave, hoc ipso quod grave est, dignum est assensu, & facit magnam partem assensu de veritate. Resp. dist. quomodo non apparet motivum gravior vel aequale in oppositum, Concedo. Cum apparet motivum gravior vel aequale proposita parte, Nego. Gravioris motivi vincitur per gravitatem maiorem alterius oppositi, & non potest vincere gravitatem aequalem. Porro motivum grave non sic dicitur, quia meretur assensum in omni casu, sed tantum quia illam meretur, quomodo quis vis non superetur per majus motivum oppositum, vel non elidatur per aequale, quod vicissim elidit: nulla enim gravitas prevalere potest alteri majori vel aequali oppositae.

Obj. 4. Motivum per se sufficiens ad prudentem assensum, semper ad eum sufficit. Resp. Motivum per se & intrinsece sufficiens ad prudentem assensum pro quocumque casu, semper sufficit ad prudentem assensum. At non semper ad prudentem assensum sufficit motivum, quod ad illum sufficiens est pro aliquibus tantum casibus. Motivum autem practice grave non est motivum per se & intrinsece sufficiens ad prudentem assensum pro quocumque casu: aliqui sufficeret etiam dum postea occurrit motivum eridens, & certum pro opposita parte.

Obj. 5. Sequens opinionem minus probabilem, agit cum ratione. Ergo non peccat. Resp. Agit cum ratione, quae superatur per aliam maiorem in ordine ad assensum, & quae promitte non iument ad prudentem assensum, & sic agit imprudenter & irrationabiliter. Si autem sequatur opinionem aequae probabilem, tunc agit cum ratione, quae eliditur per aliam aequalem, & quae proinde non sufficit ad prudentem assensum.

Obj. 6. Lex non obligat, nisi cum certum & evidens est illam existere. Resp. Neg. quia 1. hoc continet laxitatem intolerabilem. 2. Inde sequeretur legem naturalem, quoad maximam sui partem, inauri-lier laram esse a Deo. Nam ut patet ex diffinitis Doctorum circa innumeros pene casus, lex naturalis quoad maximam sui partem, & innumeros pene casus, non cognoscitur (*) evidenter. 3. Sequeretur licere sequi opinionem minus tutam, quomodo habet aliqui probabilioris, quod damnatum est ab Innoc. XI. & repugnat c. 11. de sent. excom. nam tamdiu opposita tutor non est evidenter vera. 4. Lex obli-

gat

gat hoc ipso quod est sufficienter proposita; hoc ipso autem quod est probabilis illam existere, sufficienter intelligitur proposita, nam hoc ipso eius existentia prudenter affirmari potest, & non nisi imprudenter negari, cum subsint motiva graviora. Ergo &c.

Obj. 7. Potest quis per principia certa formare iudicium quivis & certum, quod liceat sequi opinionem minus probabilem & minus tutam in concursu tutoris magis aut aequae probabilitatis.

Resp. Neg. Nam principia probabiliorum non sunt certa, sed controversa: immo sunt falsa, aut saltem dubia, ut patet ex nostris solutionibus. Unde non possunt fundare iudicium moraliter certum de honestate actibus vel omissionibus.

Obj. 8. Summi Pontifices saepe dispensarunt in casibus, in quibus minus probabile erat, eos posse dispensare. Ergo saepe secuti sunt opinionem minus probabilem &c. Resp. Nego aut. Nam si qui in concedendis dispensationibus aliquando a communiore sui temporis sententia recesserunt, ideo ab eo discesserunt, quia post sufficientem veritatis inquisitionem, oppositam sententiam iudicantur esse longe probabiliorum ex motis intrinsecis.

Obj. 9. Cap. Si vir, 2. de cognat. spir. dicitur: Si vir vel mulier scienter vel ignoranter filium suum de sacro fonte susceperit, an propter hoc separari debeant? Consultationi tuae taliter respondimus, quod quomodo generaliter suscipitur, ut debeant separari, quidam tamen humanis sententibus, aliter statuerunt. Ideoque nobis videtur, quod si ex ignorantia, siue ex malitia id fecerint, non sunt ab invicem separandi: nec alter alteri debet debitum subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci. Unde sic argumentaberis. Ibi Alex. III. casum propositum decidit secundum opinionem minus probabilem, & minus tutam, utpote faventem libertati, ut patet ex his verbis: Quodam humanis sententibus, aliter statuerunt. Ergo.

Resp. Nego aut. Et dico cum decidisse casum secundum opinionem faventem libertati, quia ei probabilior videbatur, ut patet ex ratione quam subiicit: Quia, inquit, si ex ignorantia id factum est, eorum ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eius sua fraus non debet patrocinari, vel dolus. Quare multi Canonistae per eorum humanis, intelligent & quis, rationabilis. Porro ibi non permittit parenti, qui scienter filium de sacro fonte levavit, exigere debitum; sed practice statuit non ideo debitum denegari debere petenti. Praeterea ibi agit deo quod Pontifex, utpote legislator supremus, mutare poterat, si magis expedire iudicaret ad removendum peccandi periculum.

Obj. 10. Cap. Laudabilem, de frigidis, ubi Celestinus III. triennium experientiae concedit eis, qui matrimonium contraxerunt, si dubitent, an impotentia sit absoluta, vel temporalis. Resp. Ex hoc capitulo nili concludi potest contra nos: nam etiam si minus probabile esset illos sub finem trienni non fore impotentes, tamen certum est, 1. Ecclesiam in dubio, an impotentia sit absoluta, an temporalis possit certum tempus experientiae concedere illis, qui iam contraxerunt: alioqui si hoc non concederetur, vel matrimonium dissolveretur in dubio de eius valore, quod non licet; vel contrahebent prohibendum esset, ne in tali dubio tentent conjugio, &

ne aliud intrent, quod etiam fieri non potest sine injuria illorum qui bona fide contraxerunt, & sine necessitate, & culpa sua exponerentur periculo incontinentiae. 2. Tempus illud trienni prudenter constitutum esse, ut adhibitis mediis possibilibus & licitis, conetur impotentiam tollere, nam hoc tempus nec nimis brevis, nec nimis longum est, & circa finem trienni impotentia tandem cessare potest.

Obj. 11. Cap. Litterae, de resit. spol. Resp. In hoc cap. Innoc. III. praefixit reliquit duabus sententiarum oppositis suam probabilitatem speculativam & absolutam, quam habebat. Unde non vult damnare eum, qui alterutrum eligit prudenter, ideoque putans eam esse probabiliorum. Ipse vero tertiam eligit, quia ei videbatur probabilior, nolens tamen definire veritatem aut falsitatem aliarum. Praeterea, dum ille aliam sententiam priores, quas exponit, singulae statit pro lege licet diversa, non autem pro libertate: nam prima statit pro lege iustitiae, & iure mariti contra libertatem mulieris; altera vero pro lege matrimonium inter consanguineos vetante.

Obj. 12. Cap. Inquisitioni, de extem. Resp. Pontifex respondet secundum partem tutiorem, & legi faventem; nam sic aut de conjugio probabiliter, sed non certo credente matrimonium esse invalidum: Cum conscientia pulsata animus ex credulitate probabilis, & discretus, quomodo non evidenti, & manifestis, debitor quidem reddere potest, sed postulare non debet: ne in alterutro vel contra legem conjugii, vel contra iudicium conscientiae committat offensam.

Obj. 13. Cap. Ego solis, dist. 9. Resp. Ibi S. Augustinus non agit de minus probabili & tuto, sed solum de Auditoribus non canonicis. Actor, inquit, ita loquitur, ut quantalibet sanctitate, doctrinamque possideat, non ideo verum putem, quia ipse ita sententur, sed quia mihi per alios auctores, vel canonicos, vel probabiles rationes, quod a vero non abhorreat, persuadere poterim. Ubi non dicit se admittere eorum libros ut veros propter probabiles rationes, quae oppugnant rationibus aequae aut magis probabilitibus, seu gravioribus in contrarium, de quo tamen hic agit. Sane licet sequi opinionem nixam rationibus probabilitibus, seu gravioribus, quando non oppugnetur alibi rationibus magis, aut aequae gravioribus.

Obj. 14. Cap. Sicus quaedam, dist. 14. ubi S. Leo dicit: In iis, quae vel dubia fuerint, aut obscura, id moverimus sequendum, quod nec preceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum invenitur adversum. Resp. Sequi opinionem minus probabilem, & minus tutam, est contra praecipua evangelica, quibus praecipitur prudentia christiana in actibus nostris, vitatio periculi peccandi, maxima cura servandis praecipis, & via recta quae ducit ad vitam, quamque pauci ingrediuntur.

Praeterea hic textus in doctrina adversariorum nimis probat; probat enim nos debere sequi simul duas opiniones contradictorias. Nam iuxta illos, opinio minus probabilitatis & minus tuta, & opinio probabilior & tutior ipsi contra-dictoria, non adversaria praecipis evangelicis, nec decretis sanctorum Patrum, & tamen S. Leo dicit: Id nocerimus sequendum; hoc est id sequi debemus. Porro cum dicitur opinio probabilis esse ea, quae neque Scripturae, neque Patribus & Conciliis, neque

Summam Pontificum decretis adversatur, hoc debet intelligi de opinione probabilii absolute & secundum se considerata: nam si consideretur relate ad tutorem aequo aut magis probabilem, eam jam quoad proximam adversatur Scripturae precipiente magnum prudentiam, & exigenti certitudinem moralem de bonitate adionis, quae certitudo non potest fieri pro opinione minus tuta, & minus aut aequo probabili in concursu tutioris, & probabilioris.

Obj. 15. Omnes fere Doctores xvii. saeculi docuerunt licere sequi opinionem minus probabilem, & minus tutam. *Resp. 1.* Illi oppono tum veteres Doctores, qui ante ann. 1575. floruerunt, nam Anton. Cordubensis in suo Quaestionario lib. 2. q. 3. postquam dixit tenendam esse partem tutiorem, quando probabilior est, addit: *Et in hoc omnes Doctores consentiunt.* Tum Clerum Gallicanum, & innumeros recentiores ex omni natione & ordine, qui nunc, re melius perpena, oppositum docent. 2. Plurimi ex illis, qui nobis obijciuntur, docuerunt folum licere sequi opinionem minus tutam, quae communis ab aliis haberetur minus probabilis, quando operanti post diligentem veritatis inquisitionem apparet certo probabilior est ratione. 3. In tantum opinio aliqua censeri potest probabilior propter maiorem numerum Doctorem eam tuentium, in quantum idcirco recte praesumitur habere pro se graviora motiva ex Scriptura, traditione, vel ratione praesentia. At jam haec motiva habere pro se recte praesentia non potest Probabilissimus, cum oppositum jam praesentia a multis ostensum sit. 4. Probabilitas extrinseca, puta scilicet ab auctoritate Probabilissimum, non plus valere debet aequo, qui per se veritatem explorare debent, quam valeat pondus rationum, quibus nititur Probabilissimus; quae profecto rationes certitudinem moralem nunquam fundere possunt. 5. Sicut ille imprudenter agit, qui in agendo sequitur iudicium multorum & gravium virorum, quos ei aliunde evidens est errare; ita ille imprudenter agit, qui in agendo sequitur iudicium multorum & gravium virorum, quos ei omnibus naturae consideratis, verosimilior est errare. 6. Multae olim vigerunt opiniones, quae postea diligentius examine, omnino evanuerunt. *Observa.* Nemo e Societate nostra ex professo Probabilissimum, cuius auctor fuisse fertur Bartholomaeus Medina ex alio Ordine, amplexus est, & pro eo scripsit, nisi postquam ita invaserat, ut jam esset communis Scholarum omnium doctrina. Nam Valquez, qui primus e Societate nostra hunc ex professo amplexus est, testatur tunc fuisse inter Doctores communem. Primi vero Probabilissimi impugnatores e Societate nostra prodire, videlicet Rebelius tom. 1. de Iustitia, edito an. 1608. Comitolus lib. 1. respons. moral. q. 18. n. 6. edit. an. 1609. Et Andreas Blancus, sub nomine Candidi Philaleti, tractat. de optimo praxi, edito an. 1649. quos secuti sunt multi alii ex eadem Societate, ut de Elizalde, Eitz, R. P. Thyrius Gonzalez Prapof. Gener. de Camargo, Malatira, Gisbert &c. His adde Reginald. lib. 11. c. 3. Cardin. Bellarm. & plurimos Professores Theologiae quotidie impugnantes Probabilissimum, quem Congr. Gener. XIII. an. 1687. declaravit non esse doctrinam Societatis. Et vero S. Ignatius Soc. nostrae Institutor, hanc prudentiae regulam omnibus Societatis Professoribus praescribit, ut sequantur in

quorum facultate securitatem & magis approbatam doctrinam. Confite. pag. 4. cap. 5.

Quaest. III. An licet sequi opinionem minus tutam, seu partem pro libertate, in concursu opinionis aequo probabilis, tutioris, seu tantis praecipuo?

Resp. Neg. Quia 1. extat illud praecipuum generale lumine naturali notum, & in Jure canonico saepe a Summis Pontificibus traditum ut principium decisionum: *In dubiis tutior pars est eligenda*, ut c. 7. de Cleric. excomm. *In dubiis tutior pars eligenda*. Et c. 12. de homicid. *Cum in dubiis sententiam debeamus esse tutiorem*. Et c. 3. de Sponsal. *Quia igitur in his, quae dubia sunt, quod certius existimamus, tenere debemus &c.* Alioquin enim operans exponit se periculo facienda contra legem, & peccandi. At in concursu duarum opinionum aequo probabilium, est verum dubium, ut docet S. Thom. q. 14. de verit. art. 1. & S. Antonin. 1. par. tit. 10. de reg. jur. Nam est vera suspensio iudicii de veritate & salutare obmotiva pro utraque parte aequali; neque enim est prior ratio iudicandi unam opinionem esse veram, quam alteram, cum neutra plus minusve appareat vera aut verisimilium quam altera, & sic intellectus necessario suspendit iudicium. Ergo in tali concursu eligi debet pars tutior, agendo secundum opinionem tantam pro praecipuo.

2. Ex S. August. lib. 1. de Bapt. c. 3. *Gravior peccati in rebus ad salutem animae pertinens, ut res solo, quod certis incerta praesentet.* Et c. 5. *Accipere (Baptismum) in parte Donati, si incertum est esse peccatum, qui dubitet certum esse peccatum, non tibi potius accipere, ubi certum est non esse peccatum?* Ergo ex S. August. cum incertum est aliquid esse peccatum, & certum est aliquid non esse peccatum, certo peccat qui non eligit id quod constat non esse peccatum. At in concursu opinionum aequo probabilium, eligens minus tutam, non eligit id quod certum est non esse peccatum, sed id quod incertum est non esse peccatum, ut patet; cum sit aequo probabile esse peccatum. Ergo talis certo peccat.

3. Peccat qui agit sine iudicio praesentis, quod actio sua sit licita. At sequens opinionem minus tutam in allata hypothese agit sine tali iudicio; nam non potest saltem prudenter, iudicare non extrate praecipuum prohibens actionem, cum non possit saltem prudenter iudicare veram esse opinionem negantem extrate praecipuum, non enim habet fundamentum sufficiens iudicandi illam esse potius veram quam oppositam, cum fundamenta utriusque opinionis appareant aequalia; & apparentia vere ac falsi sit aequalis pro utraque parte contradictio. Quare ut intellectus prudenter se gerat, debet suspendere assensum & dissentium, cum, non habeat motum potius assentiendi quam dissentiendi.

4. Opinio aequo tantum probabilis flans pro libertate, non potest asserere certitudinem moralem, quae saltem requiritur ad non peccandum: nam motiva, quibus nititur, eliduntur per motiva opposita aequo gravia: quantum enim illa habent vim movendi ad assensum, tantam alia habent movendi ad dissentium, & sic intellectus nihil habet quod possit, saltem prudenter, & firmiter determinari ad assensum.

5. Qui se exponit probabilii periculo peccandi,

peccat, iuxta illud Eccl. *Qui amat periculum, in illo peribit.* Sed qui facit quod ei apparet tam probabiliter esse illicitum quam licitum, exponit se probabilii periculo peccandi, amento animi sui conceptu, cum evidenter & necessario iudicet esse aequo probabile actum prohiberi.

6. Qui facit vel omittit id quod cognoscit aequo probabiliter esse contra legem, quam non esse, violat hoc praecipuum generale, obligans ad maximum sollicitudinem, & curam servandi legem. Psal. 118. *Tu mandasti mandata tua cupideri nimis.* Item peccat contra legem caritatis, & subjectionis ad Deum: nam hoc lex exigit, ut abstinemus non solum ab his, quibus certo scimus Dominum ac Legislatorem offendendum, sed etiam ab illis, quibus non constat non esse offendendum. Non enim est hominicus, bonus ac fidelis servus, qui facit id quod iudicat aequo probabile esse quod displicat amico vel domino.

Confirmo 1. Auctoritate Cleri Gallicani, qui in Comitibus generalibus an. 1700. sic ait: *Abst. vero, ut probemus eorum errorem, qui negant licere sequi opinionem vel inter probabiles probabilissimam.* Sed ad rectum usum probabilium opinionum has regulas a iure praescriptas agnosimus. Primum, ut in dubiis de salutaris negotio, ubi aequalia utrinque animo sese offerunt rationum momenta, sequantur id quod tutius: sive quod est in hoc casu ius tutum. Neque id consilii, sed praecipii loco habemus, dicitur Scriptura: *Qui amat periculum, in illo peribit.* Altera regula. *Altera... ut nemini liceat eligere tam sententiam, quam non veritatis magis consentaneam dixerit.*

2. Auctoritate Card. Bellarm. ep. ad nepotem suum Episc. Thean. ubi haec ait: *Si quis velit in tuto salutem suam collocare, is omnino debet certam veritatem inquirere, & non respicere quid multi hoc tempore dicant, aut faciant. Et si veri certitudo non possit ad liquidum apparere, debet omnino tutiorem partem sequi; & nulla ratione, nullius imperio, nulla utilitate temporalis proposita, ad minus tutam partem declinare. Agitur enim de summa re, cum de salute aeterna tractatur: & facillimum est conscientiam errantem aliorum exemplo induere, & eo modo conscientia non remordente ad eum locum, ubi verum non moritur & ignis non extinguitur, descendere.*

Obj. 1. Qui sequitur opinionem minus tutam in concursu oppositae tutioris aequo probabilis, non agit in dubio practico practico; sed per iudicia reflexa certo iudicat se licite agere.

Resp. 1. Ex dubio speculativo seu generali, necessario resultat dubium practicum, circa actionem particularem hanc & nunc ponendam. Nam cum proposito universalis continet omnes particulares propositiones, & per illas verificatur; dubitare an aliquis contractus in genere sit illicitus, idem est ac dubitare an hic & ille contractus particularis; participans illam rationem specificam, sit illicitus: sic dubitare an liceat pingere de sebo sine necessitate, idem est ac dubitare an Petro, Paulo &c. liceat pingere hoc die sebo sine necessitate. Ergo non possum dubitare speculative & inuniversaliter, an illicitus sit aliquis contractus, quin simul dubitem an sit illicitus contractus a me hic & nunc celebrandus, si hic continetur sub illa ratione communi, & nisi

adfit aliqua circumstantia hunc contra hunc extrahens ab illa ratione specifica seu communi.

Resp. 2. Iudicia illa reflexa adversariorum non sunt certa. Nam nuntur principis dubiis, controuertis, immo fallis: unde non resoluntur prudenter dubium, nec certitudinem moralem de honestate actionis pariunt. Nempe haec sunt praecipua illorum principia.

Primum. Prudenter agimus sequendo opinionem probabilem etiam in concursu oppositae tutioris, magis aut saltem aequo probabilis. Sed huius salutaris iam ostendit.

Secundum. In dubio melior est conditio possidentis, & homo est in possessione iure liberatis circa actiones suas, quando non constat extrate legem eas vetantem. Sed contra est. Nam si hoc essetum (In dubio melior est conditio possidentis) valet solum in materia iustitiae, seu in rebus temporalibus, quae subsum potestati humanae, & in quibus solis applicatur a iure, idque docent Valquez, Azor, Turrian. & alii. At non habet locum in actibus moralibus, ubi agitur de licito & illicito, quod non subijcitur potestati humanae; sed in his valet istud axioma: *In dubio tutior pars est eligenda.* Praeterea prius estatum supponit partem causam. At in dubiis de licito & illicito, non est par causa Dei, & creaturae; Deus enim, ut supremus Dominus, habet jus praerelationis in omnibus: 2. Fallit est hominem esse in possessione iure liberatis quodam lex non est certa. Nam agitur hic non de libertate facti, quae consistit in potentia physica agendi & non agendi pro arbitrio, sed de libertate iuris, quae consistit in potentia agendi & omittendi licite. Unde cum dubitatur an extet lex vetans aliquid, hoc ipso dubium est, an homo id potest facere licite, ac proinde an sit in possessione iure liberatis. Ergo iam est peritio principii, & asseritur pro principio id, de quo est quaestio. Jam vero cum aequo testimio est extrate legem prohibentem actum, homo non potest licite eum ponere; nam tunc non potest iudicare prudenter illum non esse prohibendum, & sic privata libertate iuris: homo enim nil potest licite agere, nisi prius prudenter iudicet illud esse voluntate divina permittit vel praecipuum; voluntas quippe divina est regula, ac mensura actionum nostrae voluntatis, qui licitum necessario iudicari debet: regula autem est prior regulato; ac proinde prius est aliquid esse voluntate Dei permittit, quam esse illicitum voluntati nostrae, & sic voluntas nostra, ut licite agat, debet conglorere prius an illud sit divina voluntati conforme: non enim regulari potest a voluntate Dei nisi praecognita. Praeterea in dubio seu aequali probabilitate, lex generalis subiectionis ad Deum ut supremum Dominum ac Legislatorem, habet possessionem anteriorem, & potiorum; quam nostra libertas, obligatque ad abstinendum ab his, de quibus dubitamus utrum Dei voluntati adversentur.

Tertium. Christi iugum suave. R. Et. epistolam suam, ut non per laxitatem doctrinae: ait enim Iste Matth. 7. *Quam arcta via est, quae ducit ad vitam.* Sed tum per gratias uberioris & majores, quae lege Evangelica dantur: tum quia lex Evangelicae est lex caritatis efficientis suave & leve, quod grave, & amarum erat, ut explicat S. August. serm. 47. de diversis; tum quia lex Christi liberat ab opere innumerarum penae praecipuum Iudaicis impostorumum & pra-

& præter præcepta moralia quæ sunt juris naturalis, pauca mere pœnitiva omnes obligantia continet.

Quartum. In æquali probabilitate pro existentia legis, lex non est sufficienter propoſita, nec poteſt præſideri affirmati. Ergo tunc non obligat. R. Nego conſeq. Quia tenemur ſervare illud præceptum dubium vi alterius præcepti generalis certi, nempe: *In dubio tutior pars eligi debet. Cavendum eſt periculum peccandi; nam qui amat periculum, in illo peribit.* (*) Item vi legis caritatis & ſubjectionis ad Deum, præcipientis, ut ſervetur præceptum dubium, cujus exiſtentia prudenter negari non poteſt, ne nos exponamus periculo faciendi contra legem vere exiſtentem, & agendi id quod reſpici diſtinct Deo.

Obj. 2. Hoc axioma, *In dubio tutior pars eligenda eſt,* continet duntaxat conſilium, non præceptum, ſaltem pro omni caſu. R. Neg. Nam Summi Pontifices licet citatis illud adhibent ut principium morale ſuæ deciſionis, ex ſe obligans pro omni caſu: unde utuntur verbo *Debeo*; illudque ſupponunt certum & lumine naturali notum. Et vero aliqui bono in eſtimatione prudenti exponeret ſe periculo morali agendi contra legem, & peccandi.

Nec dicis illos loqui de dubio facti. Si enim in dubio facti pars tutior eligi debet, a fortiori etiam debet in dubio juris; nam tutior pars eligi non debet in dubio facti, niſi quia dubium facti conjunctum eſt cum dubio juris, in quo non poteſt haberi perſuaſio ſaltem prudens, nec certitudo moralis, quod electio partis minus tute fit licita.

Dices 1. Hac regula, *In dubio tutior pars eligenda eſt,* intelligi debet ſolum de dubio negativo. R. Neg. Nam regula generalis eſt, & æque ſpectat poſitivum dubium, quod eſt magis proprie dubium: Nam cum æquales occurrunt pro utraque parte rationes, intellectus non poteſt ſaltem prudenter non ſuſpendere aſſentium, cum non fit potior ratio aſſentendi uni parti, quam alteri. Ergo tunc eſt proprie verum dubium morale ac prudens.

Præterea in quovis dubio eligens partem minus tutam, exponit ſe morali periculo violandi legem & peccandi: nec intellectus poteſt judicare prudenter partem minus tutam eſſe veram, & licere illam ſequi.

Dices 2. In dubio poſitivo poteſt intellectus ex imperio voluntatis aſſentiri parti minus tute & vere. *Reſp.* Id non poteſt ſaltem prudenter, cum pars minus tuta non appareat eſt magis vera quam falſa: nec id poteſt ſaltem ſine gravi formidine oppoſiti, que non poteſt niſi imprudenter contemni. Unde talis aſſentio non poteſt excuſare a peccato, & cum e morale periculum eſt agendi contra aliquam legem, ideoque peccandi.

Obj. 3. Motivum grave non amittit gravitatem ſuam ex eo, quod concurrat cum motivo æque gravi in

oppoſitum. Ergo motivum grave etiam in concuſſa æque gravi, ſufficit ad prudentem aſſentum.

Reſp. Nego conſeq. Immo quia utrumque motivum retinet gravitatem ſuam in concuſſa, & ſic ſe mutuo elidunt, neutra pars magis apparet vera quam falſa: ac proinde intellectus neutri poteſt ſaltem prudenter aſſentire vel diſſentire: ſed debet ſuſpendere aſſentum ac diſſentum, & ſic manere dubius. Extrat autem præceptum generale certum, obligans ad ſequendam partem tutiorem in omni dubio, ne nos exponamus periculo peccandi.

Obj. 4. Nobis obſtant hæc regula juris: *In obſcuris minimum eſt ſequendum. Odiâ reſpungi, & favore concenſi ampliare.* *Reſp.* Hæc & ſimiles regulae intelligi debent ſolum de dubiis facti, & ubi agitur de poenis inſigendis, non autem de dubiis, ubi agitur de licito & illicito. Quia in dubio de admiſſione criminis, vel de merito culpe, benignior pars eſt tutior. Nam illam ſequens, exponit ſe ſolum periculo non condemnandi reum vel puniendi iſta meritis, quod non eſt intrinſecæ ac per ſe malum; oppoſitam vero ſequens, exponit ſe periculo damnandi innocentem, vel puniendi reum ultra meritum, quod eſt intrinſecæ malum; hinc illa Reg. 153. ff. de ret. jur. *In re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus juſtus eſt, quam tutius.* Et ſic hæc Reg. 11. in 6. *Cum ſunt partium ſua obſcura, res ſervandum eſt potius cum aſſerit.* In in dubiis de licito, & illicito, ſequens opinionem benigniorem ſeu faventem libertati, exponit ſe periculo faciendi contra legem, ac proinde peccat.

Quæſt. IV. An licet ſequi opinionem minus tutam, ſed probabiliorem?

Reſp. Tenemur ſequi partem tutiorem in iis omnibus, in quibus ignorantia invincibilis, & major probabilitas non juvant ad obtinendum finem, quem procurare tenemur. Quia adhiberi debent media efficaciæ, ſi adiuut.

Hinc tenemur. 1. Sequi partem tutiorem, ubi agitur de iis, quæ ſunt de neceſſitate mediæ ad ſalutem, vel quæ requiruntur ad validam adminiſtrationem & ſuſceptionem Sacramentorum: quia non obtinebitur ſalus, nec effectus Sacramenti, niſi reſpici ponantur ea, quæ Deus ad hunc finem exigit. Hinc Innoc. XI. damnavit hanc propoſitionem. *Non eſt illicitum in Sacramentis conſcientiæ ſequi opinionem probabiliorẽ de valore Sacramenti, relicta tutiore, niſi id veteri lex, conventio, aut periculum gravi damni incurrandi; hinc ſententia probabiliorum tantum attendendum non eſt in collatione Baptiſmi, Ordinis Sacramentalis, aut Episcopalis.* 2. Ubi agitur de procuranda ſanitate corporis, de victoria five in bello, five in judicio, de vitando damno proximi, quod cavere tenemur ex juſtitiæ vel caritate &c. Quia in his non obtinebitur ſinis debitus, niſi adhibeantur media reſpici & non ſolum opinione efficaciæ.

(*) Ex hoc Eccleſiaſtici textu, *qui amat &c.* in hunc modum argumentatur Divus Antoninus 1. P. tit. 1. c. 10. §. 10. *Hinc eſt, quod B. Thomas & alii dicunt, quod ille, qui agit id de quo eſt dubium, certum fit mortale, vel non, peccat mortaliter, quia periculo ſe exponit mortali.* Cum ergo in aliqua materia morali ſunt variae, & contrariæ opiniones, ille, qui ad hæreticæ opinionis latroſitatem, videtur ſe exponere periculo mortali, quia eſt in dubio, cum poſſit illa opinio eſſe falſa, & contraria vera. Sed ad hoc reſpondetur, quod utique ille, qui agit ſcienter, de quo dubitatur eſſe mortale, permanente dubitatione, mortaliter peccat, etiam ſi illud in ſe non eſt mortale, ſumendo proprie, & præſide dubitationem prout rationes ſunt æque ponderantes ad utramque partem, nec magis qui declinet ad unam, quam ad aliam.

cia. Neque enim major probabilitas opinionis mutat naturam rerum, aut iis efficaciæ tribit, aut impedit damnum. Unde nullatenus eſt probabilis, etiam ſpeculative, quod tunc licet oppoſitum. 3. Ad tutiorem partem tenetur, qui ad tutiora adhibenda ex conventione, voto, vel ſuperioris præcepto obligatur.

Reſp. 2. Licet ſequi opinionem minus tutam de licito, quando poſt debitam veritatis inſpectionem appareat certo, ac valde probabilis, & multo probabilior oppoſita, ita ut excludat dubitationem & formidinem rationabilem errandi. *Prob. Quia 1. Alex. VIII. damnavit hanc propoſit. Non licet ſequi opinionem vel inter prohibitas probabilioram.* 2. Ex Clero Gallicano ſupra laudato. 3. Licet ſequi incleium prudens, ac moraliter certum de honeſtate ſeu licitate actus. Ad opinio multo probabilior de licito eſt, ſeu fundat ejuſmodi certitudinem, nam ſequens opinionem multo probabiliorẽ de licito, licet minus tutam, judicat, aut ſaltem judicare poteſt prudenter, & firmiter, actionem ſuam eſſe licitam: ille enim firmiter & prudenter judicat, qui in judicando præfert motiva multo graviora motivis minus gravibus, quæ præ illis citra culpam & aſſentum inordinatum levia, & merito contemnenda apparent, & ſic habet prudentem, & firmam perſuaſionem, quod actio ſua fit licita, nec ullam habet formidinem erroris, vel ſi quam habet, illam prudenter repellit ac contemnit ut ſerupulum: cum habeat motiva multo graviora judicandi actionem ſuam eſſe licitam, quam ſunt motiva judicandi oppoſitum, quæ comparate ad longe graviora, apparent levia, & merito præ illis contemnenda: proinde ſe habent perinde ac ſi non eſſent; motivum enim quod prudenter contemnitur, perinde ſe habet ac ſi non exaret. Ita docet S. Antonia. 2. part. tit. 2. c. 10. §. 10. & ſub ſin. hæc ait: *Non enim conſurgit certitudo moralis ex evidentia demonſtrationis, ſed ex probabilibus conſeſſuris groſſi & figuratiſſimis, magis ad unam partem, quam ad aliam ſe habentibus.* Et ex Reg. 31. Jur. in 6. *Etiam, qui certus eſt, certioris ultimus non oportet.* Et vero impoſſibile eſt habere diſtinctam metaphyſicæ, aut phyſicæ de omnibus agibilibus. Deus autem, qui diſcernit omnia juſtiter, non exigit ab homine, ut ſemper cum evidentiæ & certitudinis metaphyſicæ de materiali honeſtate ſe actionis operetur, quia eſt ſua præ conditionem hominis in hoc ſtatu ſemper ſe operari, ait Cajet. Itaque Deus ſolum a nobis exigit, ut nunquam operemur ſine firma & prudenti perſuaſione quod operatio hæc & nunc exerecanda fit licita.

Hinc quamvis opinio Guillelmi Parisienſis doctoris hominem ſtatim atque peccavit, teneri ad confeſſionem, ſit tutior; nemo tamen peccati arguit eum qui confeſſionem aliquantisper diſſert; quia opinio oppoſita S. Thomæ eſt multo probabilior, & tuta. Dixi multo probabilior. Nam non licet ſequi opinionem minus tutam, quæ appareat ſolum paullo probabilior tutiore. Quia in moralibus parum pro nihilo reputatur; & quia exiguus probabilitatis exceſſus non fundat certitudinem moralem, nec excludit formidinem rationabilem erroris, nec proinde tollit periculum probabile peccandi.

Obj. 1. Opinio tutior, licet minus probabilis, eſt adhuc probabilis, habet motivum grave &c.

Reſp. Ita eſt, ſi abſolute & ſeorſim ſpectetur, non autem ſi ſpectetur comparate ad oppoſitam longe probabiliorẽ, & relate ad operantem. Nam tunc ejus motivum operanti appareat leve, ſi ut prudenter contemnatur præ oppoſito longe graviori, ac proinde ſe habet ac ſi non eſſet.

Obj. 2. Formido eſt eſſentialis cuilibet opinioni, eſt probabiliffimæ. Ergo nulla opinio poteſt eſſe moraliter certa. *Reſp.* diſt. ant. Formido logica, C. Moralit. N. Duplex eſt formido, una logica, quæ eſt eſſentialis omni aſſentui opinativo, & conſiſtit in actu, quo intellectus cognoviſc non repugnare præſe ex vi motivi aſſentus, rem aliter ſe habere atque judicat: & alia moralis, quæ eſt accidentalit aſſentui opinativo, & ab eo ſeparabilis, conſiſtitque in actu, quo intellectus dicit rem forte aliter, ſe habere atque judicat. Hæc ſola formido repugnat certitudini morali, & abet ab opinione probabiliorẽ.

Quæſt. V. Ad quid tenemur, quando opinio eſt probabilis extra concuſſionem?

Reſp. 1. Tenemur ſervare præceptum, quando opinio affirmans illud exiſtere, eſt unico probabilis. Quia 1. tenemur ſervare præceptum cujus exiſtentia apparet æque probabilis ac non exiſtentia, ut probavi: Ergo a fortiori, ſi ejus exiſtentia appareat unico probabilis. 2. Homo in hoc caſu poteſt prudenter judicare legem exiſtere, nec id poteſt niſi imprudenter negare, nam habet grave motivum id aſſerendi, & nullum habet negandi. Atque quiſque tenetur ſervare legem, quam poteſt prudenter judicare exiſtere, vel quam non poteſt niſi imprudenter negare.

Reſp. 2. Licet ſequi opinionem minus tutam, ſeu negantem præceptum, quando eſt unico probabilis, ita ut excludat omnem formidinem ſaltem rationabilem peccandi. Quia illam ſequens poteſt judicare prudenter & firmiter actionem ſuam eſſe licitam: nam habet motivum grave id judicandi, & nullum habet aliter judicandi. Unde nec habet anxietatem, nec formidinem erroris: aut ſi quam habet, poteſt eam contemnere ut ſerupulum, quippe quæ careat fundamentum ſaltem rationabili. Sic rufficus licite omittit ſacrum eo die, quo ejus Paſtor, vir probus & doctus exiſtimatus, aſſertit ad illud non teneri, & nullum habet motivum judicandi oppoſitum, nec ſuum Paſtorem falli aut fallere, ex c. ad ſeni. excom. Unde tunc talis opinio eſt certa præſe, & relate ad operantem, quamvis ſpeculative & abſolute ſpectata, ſit duntaxat probabilis. Quod ſi contingat talem opinionem eſſe reſpici ſaltem, error eſt invincibilis.